9
5-3

DECISIONES
ROTÆ ROMANÆ

A R. P. D. MARCELLO CRESCENTIO Romano S. P. A. Causarum Auditore, & Episcopo Marsicano, ac postea S. R. E. Cardinali amplissimo collectæ.

NOVIS ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ADDITIONIBVS, Indicibus, & aliquot Decisionibus auctæ, & fideliter correctæ à R. D. Acharisio I. V. D. Tossinianen. Canonico Sacrosanctæ Lateranen. Ecclesiæ.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.
D. PETRVM PAVLVM CRESCENTIVM
S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM.

C V M   P R I V I L E G I I S.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apostolicæ. M. DC. XVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILL.^MO ET REV.^MO D. D.

PETRO PAVLO CRESCENTIO
S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

HIEREMIAS GVELFIVS. F.

ARCELLI Crescentij, S. R. E. Cardinalis olim amplissimi, Amplitudinis tuæ patrui magni, PETRI PAVLI Crescentij Cardinalis amplissime, Decisiones noua impressione in publicam copiam euulgandæ, cæteris nominibus felices, hoc tantum conqueri videbantur, quòd sub alienorum patrocinio emitti assueuerant, sub suorum emitti, naturali quadam conuenientia desiderantes. Proinde, mancipio se non patrocinio traditas reputantes, ad suos iure postliminij reducendas clamitabant, Amplitudinis tuæ splendorem nominatim acclamantes. Magni patrui monumenta sub nullo magis, quàm sub magno fratris nepote tuta munimenta sperare se posse contendentes. Reclamanti que mihi, non posse me, cum ipsis in patronum asciscere, ad quem nulla mihi clientelæ via patebat; instabant amplius, nil hoc impedire, amplam sese mihi aperturas promittentes: patronum non querere se, satis potentem habere, introducerentur modò. Gentilium suorum magnanimitatem satis sibi conspectam esse, id maximè studentium, vt bene sibi volentes, non minus quàm bene de se merentes, amplectantur & foueant. Multis ne? Vicerunt tandem, & suam sibi libertatem euincentes, me ad ipsas Illustriss. Amplitudini tuæ adducendas compulerunt. Eas igitur suum sub tectum ad Amplitudinem tuam redactas, quasi restitutas, non quasi donatas, ac-

cipe. Ita quidem, vt post eas, me veluti corollarium quoddam ijs appensum, Amplitudini tuæ datum dicatumq; agnoscas. Hilari sanè fronte datum, sed hilariore permansurum, si inter eius familiares vltimo me locum dignatum sensero. Interim ab re ducens, Marcelli magnitudinem Amplitudini tuæ recolere, prudens taceo, ne vbi magis emergere sperem, ibi summergar citius. Indicarunt eam egregiè Pontifices Maximi, qui illum, ad summum semper euehere, vicaria quadam æmulatione sunt conati. Clemens scilicet vii. Rotæ prius Auditorem, mox & Marsici Episcopum instituendo; Pavlvs iii. inter purpuratos cooptando; Ivlivs iii. ad Tridentinam Synodum vice sui Legatum mittendo. Plura verò per hominem expectare non potens, ad cœlestia à Deo euocatus, tuam Amplitudinem ex fratre procreandam, ea felicitate reliquit, vt quod ipsi vnum in terra defuit, id in Amplitudinis tuæ persona superfuturum speremus, Crescentiq; illi, Gentilitio stemmati Lunæ, quod parum orbis complendum deest, completum videndum. Ita Deus Amplitudinem tuam incolumem eousque, & deinceps diutissime in Ecclesiæ columen seruet. Vale. Romæ Kal. Ianuarij MDCXVII.

NOMINA RR. PP. DD. AVDITORVM;

qui erant cum R. P. D. MARCELLO CRESCENTIO, quando hæ Decisiones factæ fuerunt, & quorum in eis fit mentio.

1 PAVLVS Capisuccus Romanus, Episcopus Neocastren. cui successit Thomas de Thanis.

2 Iacobus Simoneta Mediolanen. Episcopus Pisauren. qui à Paulo Papa III. Anno 1535. 12. Cal. Iunij Cardinalis creatus fuit, & in eius locum Io. Paulus Ptolomæus suffectus est.

3 Camillus de Ballionibus Perusinus, qui obijt anno 1534. & ei successit Hieronymus Verallus Episcopus Britonorien.

4 Christophorus Panigarola Mediolanen. in cuius locum de anno 1533. intrauit Ioannes Mohedanus Episcopus Rauellen.

5 Petrus Vorstius Germanus, Episcopus Aquen. cui successit Io. Baptista Guidobonus.

6 Ioannes Clerici Gallus, Episcopus Maceraten. cui successit Remanus Suauius, qui posteà fuit Cardinalis.

7 Ludouicus Gomesius Hispanus, Episcopus Sarnen. cui successit Antonius Augustinus.

8 Syluester Darius Lucēsis, cui successit Peregrinus Fabius Bononien.

9 Nicolaus Aragonia, cui successit Iacobus Puteus posteà Cardinalis.

10 Io. Maria Cathalanus, cui succeſsit Marcus Antonius Marescottus Bononien.

11 Nicolaus Piccolomineus Senen. cui postea succeſsit Raynaldus Petrutius Senen.

12 MARCELLVS CRESCENTIVS ROMANVS in locum Martini de Spinosa (Gaetæ anno 1527. defuncti) à Clemente Papa VII. suffectus, & Episcopus Marsicanus factus, à Paulo Papa III. vij. Non. Iul. 1542. tituli S. Marcelli S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus, sub Iulio Papa III. Bononiæ, & Concilij Trident. Legatus, Veronæ v. Cal. Iunij anno salutis 1552. ætatis suæ 52. decessit: eius cadauer Romam delatū, in ecclesia Sanctæ Mariæ ad Martyres, quæ Rotunda dicitur, positum est, deinde ad Basilicam S. Mariæ Maioris, anno 1587. translatum fuit, & marmoreo tumulo affabrè facto reconditum.

Funebrem Orationem Veronæ in eius exequijs habuit R. P. Franciscus Salazar Episcopus Salaminen. Ordin. Min. cuius, (maiori parte omissa, quæ vitæ nostræ humanæ fragilitatem, & miserias recenset,) particulam, quæ ad vitam, & laudes Crescentij spectat, opportunum hìc apponere visum est.

CVM in latissimo campo nostri Amplissimi Cardinalis laudum: meum oberret, deperdaturq. ingenium: ipsum laudibus omnibus efferre vix possumus. Quare neque volumus nihil dicere, neque equidem omnia colligere. nihil autem de nobiliss. & antiqua Crescentiorum Romana Familia (unde sibi origo fuit) in præsentia dicturus sum: non quòd illa laudem mereatur nullam, cùm strenui, & maximi in ea claruerint Viri: sed quòd nihil in eo laudandum suscepimus, nisi quod ei fuit sua virtute, & animi magnitudine natum, & acquisitum, & nec id quidem omne, sed & infantiam eius ac iuuentutem præterimus: in quibus modestissimè in bonarum artium studijs animũ diligentissimè excoluit: & utrique iuri operam nauans, haud sine gloria, insignia doctorea adeptus est. Neque verò ad vnguem narrabimus, quanto in honore habitus fuerit, nedum à fœlicis record. Paulo Papa III. Pont. Max. acerrimi iudity viro, qui eum ad fastigium Cardinalatus asciuit, verùm etiam à S.[mo] D. N. Iulio III. qui cùm exploratum haberet nostri Cardinalis laborem in negotijs, fortitudinem in periculis, in agendo industriam, in conficiendo celeritatem consilium in prouidendo, ad omnia grauia negotia subeunda, & natura, & virtute sua, idoneum esse iudicauit, ac Sacri Concilij Legatum elegit. quanto verò ingenij acumine quanta patientia, tàm in publicis, quàm in priuatis congregationibus; in quibus semper interfuit quanta animi magnanimitate, quantauè dicendi acrimonia, Concilij sacra negotia tractauerit, norunt omnes, qui Sacro Concilio interfuerunt. mirabantur Reuerendissimi Præsidentes, Ampliss. ille, simulatq. Illustriss. Cardinalis, ac Princeps Tridentinus, (qui summo amore nostrum Cardinalem prosequebatur) sæpiùs non humanum, sed potius diuinum habuisse ingenium prædicabat, admirabantur denique & Sacri Imperij Principes electores Reuerendiss. reliquiq. diuersarum nationum Pastores vigilantissimi nostri Cardinalis ingenij fœlicitatem & vbertatem, eloquentiam eximiam, copiam admirabilem, eruditionem variam, studium indefessum, doctrinam multigenam. Mira res dictu, centum ferè prælatorum sententias memoria retinebat; & extemplo adamussim coram magna corona, mirabili eloquentia vniuscuiusque votum referebat. Quid dicturi sumus de verborum facundia, & conuincendi affabilitate? profectò neque aliorum mores ita fastidierat, neque tam grauis & difficilis erat, vt Principes, mutis statuis similimi, aliquando facere solent. Sed tanta versatus est in Sacro Concilio æquabilitate, vt

neque

neque familiaritas contemptum pareret, neque dignitas affabilitatem peßundaret, & diuites, & pauperes magna animi benignitate quotidie in mensa sua recipiebat, vt Sanctißimi Domini Nostri Legatum decebat. Longum esset & penè immensum per omnia discurrere: quoniam

Desinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Equore tinget equos: quàm consequar omnia dictis.

Verùm quoniam hoc acerbum orandi genus ad saluberrimam vitæ nostræ institutionem à Solone primùm, deinde à Sanctis Patribus, & alijs quampluribus emanasse arbitror: Attendite, quæso, quid Amos Propheta dixerit: Percute cardinem, & moueantur superliminaria, percusso in prælio Rege, cæterisq fortioribus, alij debiliores facilè terrentur, vnde audientes Philistæi, quòd mortuus esset fortißimus eorum, fugerunt. Post Christi Vicarium, Cardinales sequuntur, eam ob rem, si quem eorum mortem oppetere contigerit, cæteri inferiores terreri, commoueriq. debent, ad mundi contemptum, & perfectam sui præparationem. Sed iam & nos ipsi extemplò consternati animo frigescimus, demiramur, compatimur, lugemus, cùm hunc amplißimum Cardinalem corpore vegetem, mente integerrimum, suæ Patriæ ornamentum, propriæ familiæ rarißimum decus, exemplar, speculum, iubarq. præfulgidum, è nostris manibus elapsum videmus. Et quis, quæso, talem, ac tantum Virum conspicatus, non obstupescit? dudum Sacri Concilij, & Bononiæ, Sanctißimi D. N. Iulij III. à Latere Legatum. Heri inquam viuum; hodie mortuum, heri diuitem, nunc inopem, iamdudum impensè honoratum, modò vile cadauer. O fallacem fortunæ applausum. O mirabundam rerum mutationem. O vanum, rapidißimumq. mundi cursum. O superuacaneas mortalium curas. Vbi sunt, quæso, argentea? vbi aurea vasa? non ampliùs aulæa parietibus cernentur affixa, attritæ sunt cortinæ, desijt seruorum corona, defuit equorum strepitus, corruit palatium, fugerunt amici. quò ingenium? quò prudentia? quò postremò tot honores istius Illustrißimi Cardinalis abierunt? Profectò corpus abijt in terram suam, & quoniam quidem, vt ipse testis sum, dum vita manebat, omnia Sacramenta Ecclesiæ deuotè suscepit, & dolores, & varias sui corporis ægritudines patienter sustinuit, animam, vt piè credimus, introduxit Deus in terram viuentium, quam Sancti poßident Patres, eminentißimi proculdubio Apostoli, fulgentißima totius mundi lumina, discurrentia Christi fulgura, firmißimi Cælorum Cardines; terram inquam vbi nulla mortis formido inuenitur, nulla rerum penuria, nulla denique malorum genera. O amplißime Crescenti dedi tibi, quam maximè potui, dedit tibi ampliùs qui animam reduxit ad vitam, nunc omnem exuta laborem, angelicos nunc læta choros, aciesq. beatas Sanctorum inspiciens, æterna pacis amœna, perpetuò fœlix, Dei regnabis in Aula. DIXI.

INDEX TITVLORVM DECISIONVM
R. P. D. CRESCENTII.

IN-

INDEX DECISIONVM

Secundùm numerum earum, quæ manuſcriptę circumferuntur, cum Titulis, Numeris, & folijs, quibus in hac Impreſſione poſitæ fuerunt.

LIBER PRIMVS.

67. 8. De

157. 13.

Finis Libri primi.

INDEX DECISIONVM
LIBRI SECVNDI.

Finis Libri Secundi.

INDEX ALPHABETICVS LOCVPLETISSIMVS

Materiarum, & insignium sententiarum, quæ in Decisionibus R. P. D. Crescentij continentur.

A

Alter-

D

F

Fama

G

in

D

Nar-

N

O

P

pra-

con-

Q

R

+++

Vacan-

V

Vita-

FINIS.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

A R. P. D. MARCELLO CRESCENTIO ROMANO S. P. A. Causarum Auditore, & Episcopo Marsicano, ac posteà S. R. E. Cardinali amplissimo, collectæ. Nouis Argumentis, Summarijs, Additionibus, Indicibus, & aliquot Decisionibus auctæ, & fideliter correctæ;

Ab Acharisio I. V. D. Tossinianen. Canonico Sacrosan. Lateranen. Ecclesia.

DE CONSTITVTIONIBVS.

EPITOME.

Constitutio Marchiæ prohibens appellationem in causa momentaneę possessionis, habet locum etiam in iudicibus delegatis, & quando appellatur ad Papam, si sic fuit seruata, & interpretata, quamuis talis interpretatio non probetur præscripta.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo interpretatiua non requirit præscriptionem.*
2 *Constitutio tollens appellationem comprehendit etiam appellationem ad Papam interpositam, si ab eo sit confirmata.*
3 *Consuetudo viginti annorum probata per testes suffragatur etiam in sententijs medio tempore latis.*

DECISIO I. aliàs 61. lib. 2.

Constitutio Marchiæ* prohibens appellationem in causa mométaneæ possessionis, in Ciuitate Spoletana seruata, recepta, & interpretata fuit, vt A habeat

Est in lib 6. c. 2. ipsarũ cõst. & à suo authorẽ Ægidio Carillo Card. Episc. Sabinen. anno 1352. ex Gallia ab Innoc. VI. in Italiam ad sedãdos tumultus Legato transmisso, vulgò Ægidiana nuncupatur, & in iudicijs quotidie ventilatur, & super ea plures Rotæ decisiones, & Doctorum responsa habentur. Habet locum Romæ, & in toto statu S. R. E. immediatè subiecto & in Ciuit. Auinion. Cap. tu sq. decis. 226. lib. 1. impress. de quo dubitat Contar. de mom poss. in fi. q. 3. Nõ tamen procedit in terris R. E. mediatè subiectis, vt in Parma, & Placentia de. la acum inquit Fab. d. 181. & 385 lib. 3. decis. Venet. impress. etiam si causa Romæ agatur super bonis in dictis locis positis, Fab. d. decis. 181. Extra verò terras Ecclesiæ non seruari clarum est. Mohe. d. 5. hoc tit. si tamen duo Parenses R. E. subiecti Romæ litigant de aliq. oratorio, Aegid. locum esse, Rotam declarasse testatur Pereg. quẽ alleg. Contard. vbi sup. q. 6. & quamuis actori liceat appellare, non tamen reo licet. Achill. d. 8. de app. Contard. vbi sup. q. 4. Spoliato tamen non licet appellare, sicut non licet spoliatori, si contra eum sententia feratur Put. d. 316. lib. 2. Et habet decretũ irritans, ita vt non censeatur illi derogasse, quamuis exprę sè possit renunciari, Io. Paul. decis. 281 quæ est 1040. lib. 3. Venet. impress. Contard. vbi sup. q. 5. Non tamen habet locum si constet de vera, & manifesta calumnia aduersarij. Io. Paul. d. decis. 1040. & vide Contard. in repet. l. Vn. C. si de momen. poss. fu. ap. quia latè materiam huius Aegidianę tractat.

habeat locum etiam in Iudicibus delegatis, etiam quando appellatur ad Papam, & ideò Domini, in vna Spoletan. decursus aquarum coram me, fue-
1 runt in voto, quòd † etiam si talis interpretatio, siue declaratio non plenè probaretur præscripta, * sufficeret, iuxt. l. si de interpretatione. ff. de legib. Bart. in l. assiduis nu. 6. C. qui pot. in pign. hab. Barbat. inter cons. Alex. cons. vlt. nu. 10. cũ seq. lib. 4. & Alex. cons. 8. col. pen. vers. nec requiritur nu. 7. lib. 6. Aret. cons. 11. col. penult. Dec. cons. 156. col. fi. & Ant. de Butr. c. vlt. de con-
2 suet. Dec. c. 1. nu. 22. vers. & in tali cõsuetudine, de const. in 1. lect. † Et ex quo erat talis constitutio Legati confirmata per Papam, benè poterat etiam appellationem ad Papam comprehendere, ad cons. Rom. 2. Quia tamẽ per tempus 20. annorum talis interpretatio, siue consuetudo per testes probabatur,
3 fuit dubitatum, † An tantùm suffragaretur in sententijs latis post, vel etiam intermedijs, cùm sententia de qua agebatur, à qua volebãt excludere appellationem, erat intra dictum tempus lata. Quod vltimum tenuerunt Domini ad not. originaliter per Bal. in l. de quibus, col. 11. vers. Secundò quæritur quando ff. de leg. Aret. §. ex nõ scripto, col. 3. vers. Nono quærit Bald. Inst. de iur. natural. & Ant. de But. in c. vlt. col. 17. vers. ad 3. de consuet.

* Vide de hoc la è noc. Cur. in rub. de cõsuetud. fol. 6 col. 1. & in c. fi. eo. tit. fol. 76. col. 2 i paru. Put. d. 283. lib. 1.

EPITOME.

Statutum Vrbis quòd in contractibus minorum, vel mulierum interueniat cõsensus duorum propinquorum, quorum non intersit, non excludit propinquos descendentes, etiam si ab intestato sint contrahenti successuri.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei descendentes habent probabilem à iure spem succedendi.*
2 *Persona aliàs requirenda in actu, vbi est suspecta propter affectionem, potest omitti, & alia requiri.*
3 *Expressio debet aliquid operari.*
4 *Statuti requirentis in contractu minorum, vel mulierum, cõsensum propinquorum, quæ sit ratio.*
5 *Successionis ratione quando lex habet consanguineos suspectos, intelligitur solùm respectu personæ, non bonorum.*
6 *Consanguinei remoti vocantur ad præstandum consensum in contractu minoris, vel mulieris, quando proximiores nollent consentire.*
7 *Proximior est quem nullus in gradu præcedit.*
8 *Statutum exprimendo id quod tacitè inest, nihil operatur.*
9 *Statutum satis operatur, si tollit aliquam ambiguitatem.*
10 *Statutũ sufficit quòd operetur in principali, licèt in aliqua parte non operetur.*

DECISIO II. aliàs 62. li. 2.

STatutum, de quo supra decis. 51. aliàs 4. hoc tit. quòd in contractibus minorum, vel mulierum, requiratur consensus duorum propinquorum, quorum non intersit, videbatur excludere interuentum consanguineorum, descen-
1 dentium, qui ab intestato erant mulieri contrahenti successuri, † quia cùm habeant à iure probabilem spem succedendi, ad l. scripto. ff. Vnde lib. & l. nec ei. §. præterea ff. de adopt. Bar. in l. is potest col. 2. vers. ex prædictis apparet ff. de

* De hoc statuto latè Ber tach. i repet. ver. statut. de cõtractib. Paris. cõs. 98. li. 1. Tiraq. de

ff. de acquir. hæredit. satis videbatur eorum interesse alteri donationem non fieri. Ideoq; statutū, propter talem spem succedēdi, eos suspectos habuit, sicut aliàs de iure cōmuni in casu l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb. & l. vlt. C. eod. tit.
2 † Et stante tali suspicione propinquorum, alij in gradu remotiori videbātur vocandi.* ad Bald. in l. viduæ. per illum tex. in fine. C. de nupt. relatū per Fel. in c. edoceri, sub nu. 9. vers. omittitur suspectum, de rescript. in proprijs terminis statuti loquen. Et hac ratione statutum videbatur voluisse tantùm patris consensum in his, qui non sunt sui iuris, & ideo non sine mysterio posuit hæc verba (quorum nō intersit) cùm si de interesse respectu ipsius donationis fiendæ intelligeretur, hòc subintelligebatur de iure. ad Fely. d. c. edoceri.
3 d. vers. omittitur, † & sic nihil expressio operaretur, contra vulg. c. si Papa, de priuileg. in 6. & l. si quādo ff. de leg. primo: cùm statutum ita debeat intelligi, vt non sit frustratorium, sed aliquid addat iuri communi, secundùm Ias. & cōm. opi. DD. in l. vlt §. in computatione C. de iur. delib. Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. & in l. 3. ff. de vsucap. In eadem tamen causa Roman. hæreditatis, coram D. Neocastren. fuit per maiorem partem Dominorum tentum contrarium, prȩsupposita communi opinione Doctorum attestantium,
4 per similia statuta requiri consensum proximorum, solùm † ex ratione spei succedendi, propter quam statutum cogitauit eos esse diligentiores in cōtractu minoris, vel mulieris, vt per Bar. in l. trānsactionem; quem alij ibi sequuntur C. de trāsact. & Port. instit. de leg. agn. suc. in princip. & Inst. de cap.
5 dim. col. 1. dicentes † legem ratione successionis eos habere suspectos solū respectu personæ, (vt in materia vbi pup. educ. deb.) non autem respectu bo-
6 norum. Quod idem videtur tenere Bald. in d. l. viduæ, * dum † remotos tantùm consanguineos vocatos dicit, quando proximiores nollent consentire, de quo per Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. transact. & Fely. in c. cum accessissent, col. 10. de const. ergo ratio spei successionis nō est ratio exclusionis, sed immò est ratio expressæ vocationis: qua stante, verba (quorum non intersit) de necessitate debent de talibus intelligi, iuxta notat. per Felyn. in d. c. edoceri, Bart. & DD. in l. 1. de auct. tut. & l. 1. §. fuit quæsitū. ad Trebel. Dec. cōsil.
7 145. col. 2. Aliàs enim statutū haberet in se contradictionē, † dicendo (proximiores) idest quos nullus in gradu præcedit.* ad l. proximus, de verb. signif. l. 2. §. proximus, de suis, & leg. Dec. conf. 321. col. 2. & sic successores ab intestato: & deinde ex verbo sequenti (quorum non intersit) velit ex supradicto interesse successionis, ex quo illos vocauit; statim eos excludere, contra l. nō ad ea, de condit. & demonstrat. & l. vbi repugnantia, de reg. iur. Et ideo, vel
8 dicendum est, statutum, † exprimendo id, quod tacitè inest, nihil operari. ad
9 vulg. l. 3. ff. de leg. 1. arg. not. per Fely. in c. vlt. col. 7. vers. 2. limit. de cōst. † vel satis esse, operari, tollendo ambiguitatem Doctorum, de quibus supra, volētium habētes interesse excludi,* ad not. per Alex. in l. 1. in princ. col. 6. in fin.
10 ad l. Falc. † Vel quod sufficiat operari in principali, dum consanguineos adhiberi statuit, licèt in aliqua parte non operetur. ad Felyn. c. 1. col. 5. vers. dicit tamen Butr. de rescriptis.

leg. cōn. gl. 6 Libertig. a 1 statutū Mediol. de contract. eorum qui sine cer. solēnit. contrah nō poss.

* Vide de materia Lāberti. vbi sup. q. 11

* Alia affert Rebuff. ratione in l. licet inter gesta. §. paternos. ff. de ver. sig. vt. s. cessare faciat eorum prȩsētia fraudis, & metus suspicionem idem Mars. sing. 417. prȩsentia. Vide Tiraq. de leg. cōnub. gl. 6. n. 37. Lābert. vbi sup. in præfat.

* Et in l. hom. nu. 2. vbi, & Ias. nu. 27. C. de ver. sign. idē Bal. cos. 146. præmissis in fin. primæ col. vers. cōtrariū. li. 1. Ang. cōl. 70. col. fin. Alex. in l. fin. C. de mil. test. i fin.

* Bal. i tertia. statut. cons. 146. præmissis i n. 1. col. ver. cōtrariū lib. 2.

* Vide Lambert. vbi sup. q. 10.

EPITOME.

Statutum requirens consensum duorum propinquorum in contractibus minorum, vel mulierum, habet locum etiam quãdo mulier simul cum viro rem pro dote sibi obligatã venderet.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas requisita per hoc statutum, est ad euitandam fraudem.*
2 *Consentire idem est, ac renunciare, & remittere.*
3 *Remittere est refutare, & donare.*
4 *Venditio facta à muliere cum viro videtur quidam color quæsitus.*
5 *Statutum non debet reddi elusorium.*
6 *Inter probibitos actum facere, quicquid narratur, & dicitur, non creditur, quia in fraudem dictum præsumitur.*
7 *Statutum ob publicam vtilitatem dicitur fauorabile.*
8 *Statutum fauorabile est latè interpretandum. Et ad casum non expressum, eadem ratione militante, extendendum, & num. 9.*
10 *Testatoris voluntas interpretatur, sicut statutum fauorabile, & ex cõiecturis.*

In eadem DECISIO III. aliàs 63. lib. 2.

STatutum prædictum videbatur etiam habere locum quando mulier * simul
cum viro rem pro dote sibi obligatam vendiderit, recepto per eos actualiter
1 pretio, nam, cùm † solemnitas per statutum requisita, fuerit inuenta ad
euitandam fraudem præsumptam, ad cons. Rom. 394. incip. præsupposito, &
expressè habetur in proœmio statuti, satis dictæ fraudis suspitio sub esse videbatur,
quia cùm, marito principaliter vendente, vxor sine solemnitate sta-
2 tuti consentire non valeat,* cùm consentire † sit renunciare, & remittere,
ad l. si debitor §. in venditione, in fin. quib. mod. pig. vel hypotec. sol. l. 1. C. de
3 remiss. pign. & † remittere est refutare, & donare. ad l. si quis delegauerit, de
don. Ita dicendum videbatur, quòd nec simul cum viro vendere posset, quia
4 videbatur esse quidam † color quęsitus, vt per Bald. post Nicol. de Mattarel.
in auth. si qua mulier Cod. ad Velleian. aliàs de facili statuto fraus per indi-
5 rectum fieri posset, & † statutum elusorium redderetur, cõtra cap. si ciuitas,
6 de sent. excom. & reg. cũ quid vna via, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6. † Et quia
inter prohibitos actum facere quicquid narretur, & dicatur, non creditur,
quia in fraudem prohibitionis narrata præsumuntur, ad Bar. in l. si forte. in
fi. de castr. pecul. per Alex. Ias. & Dec. in l. si donatione C. de collat. & Dec.
consil. 20. & Bald. nouell. in tract. de Dote 10. part. col. 3. tantoq; magis, quia
7 tale statutum † vt fauorabile * (cum ad publicã vtilitatem tendat, ibi [cùm
reipublicæ intersit, &c.] ad cons. Paul. de Castr. 194. viso puncto suprascripto
8 & etiã oppositi lib. 1. col. 2.) † videbatur lata interpretatione adiuuandũ,
ad l. hoc modo, de cond. & demonstr. Bar. l. quemadmodum. C. de agric. &
9 cens. lib. 10. & ex eadem ratione militante, † etiam ad casum non expressũ
extendendum, ad Bald. & Doct. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccl.
10 & Alex. cons. 50. col. 3. vol. 2. sicut etiam in voluntate † testatoris, ad l. Titius
§. Lutius. de lib. & posth. Bald. in l. 1. C. de his qui an. aper. tab. & Curt. iun.
cons.

*De materia quã lo maritus, & vxor simul vẽdũt prædiũ dotale, & fatẽtur pretiũ recepisse, an soluto matrimonio vxor pretiũ totũ, vel partẽ petere possit iuxta cõ. Bar. 124. pũctus quæ st on. lib. 1. v. d Rõ hega l. in l. eã dẽ nu 55. cũ multis seqq. ff. de duobus reis vbi latiss. examin.

*Tira. de leg cõnub. gl. 5. n 143. Dec in l. si n 8. C. de pact.

*De quo latè Tiraq de leg. cõnub. gl. 8. q 25. Lãbert.

conf.89.col.2.in qua eodem modo, quo in statutis, coniecturamus voluntatem, ad consl. Ang.281. Martinus col.2. qui hāc opi. dicit cōmp. vbi sup.ī pię fat.nu 4 Sed vide Paris. conf 98. nu. 60.lib.1.

In eadem EPITOME.

Statutum requirens in contractibus minorum interuentum duorum propinquorum consanguineorum comprehendit tàm agnatos, quàm cognatos.

SVMMARIVM.

1 *Cognati non veniunt appellatione consanguineorum de iure ciuili, secus de iure can. & num. 2.*

3 *Communis vsus loquendi, debet articulari & probari: & tunc attenditur in statutis. num.4.*

6 *Verba conditionalia dilucidant voluntatem, licèt non operentur.*

7 *Cognati comprehenduntur appellatione consanguineorum, quando verbo (consanguineis) additur verbum, (affines.)*

8 *Consanguinei debent interuenire, in contractibus minorum, quia ratione successionis præsumuntur diligentiùs res eorum curare.*

DECISIO IV. aliàs 51. lib. 2.

STatutum Vrbis * in 4.lib.de pactis, & donationibus non valituris, incipien. Ad obuiandum fraudibus; & aliud in 5.lib.sub eadem rubr. incipiē. declarādo, & addendo, &c. quod requirit in contractib. ibi nominatis, initis per minores viginti ann. & mulieres interuentum duorum propinquorum cōsanguineorum, fuit dubitatum in vna Roman. hæreditatis coram D. Neocastr. An comprehenderet cognatos, vel tantùm de agnatis intelligeretur: quod vltimum secundùm aliquos ex Dominis, videbatur, tum de iure communi, tum ex verbis statuti, & mente statuentium dicendum. Nam cùm statutum, vt vulgariter dicitur, debeat strictè, & propriè intelligi, ad l.3. §. ex his ver-
1 bis.de neg.gest. cum vulg de iure † appellatione consanguineorum, propriè non veniunt cognati, ad l.post consanguineos ff.de suis, & leg. & in auth. de consanguin. & vterin. fratr. & not. per Bar. Bal. Imol. & Doct. in l. cū quidam §.quod dicitur. de acquir. hæred. & Card. in clem.1.quæst.11. de consang.& aff. Accedebat, quòd cùm inter Romanos sit aliud statutum, quòd,
2 scilicet, seruetur ius ciuile, † ex hoc soli agnati, qui de iure ciuili consanguinei vocantur, videbantur vocati: & per hoc patere videbatur responsum ad duo, quæ not. Alex. & Doct. in dicto §. quod dicitur nu. 16. s. quòd de iure canonico, & ex communi vsu loquendi, comprehendantur etiam cognati, vt etiam per eundem Alex.cons.82.col.2. vol.1. per Barb. in repet. l.
3 cum acutissimi col.52.& seq. C. de fideicom. quia † & seruatur ius ciuile, & talis communis vsus loquendi debet articulari, & probari, * ad not. per Bar. in l.Labeo, de suppell.legata.Bal. in tract. statut. in §.consanguinei, vers. statutum faciens mentionē de consang.& per Imol. Petr. de Anch. & Paul. de Castr. in d.§.quod dicitur; per Franc. in c.postremò, col.4. de appell. & in c.
4 sciant cuncti, col.5. de elect. in 6.& tunc † benè præualeret, & attenderetur in

* Est ī nouis lib.1. c.151.

* Quomodo autē probetur. vide Mascar. cōclus. 329.lib 1.

in statutis, ad c. quamquam. 2. q. 7. & c. quamuis, de verb. sign. Item ex verbis secundi statuti, dum [ex linea materna] & sic cognatos tantùm vocat, quando tales contrahentes in patria potestate existerent, quasi quòd alijs casibus cōtrariū sit dicēdū, arg. cap. nōne, de præsūpt. & not. in l. maritus C. de Proc.

*Facit Tiraq. ce retr. l. gn. §. 1. glo. 9. nu. 7.

5 Maior tamen pars Dominorum tenuit contrariū, & cognatos * comprehendi. Primò, quia cum secundum statutum simpliciter in principio vocet consanguineos, & postea subdat (quod si sub patria potestate existant,) qui casus erat etiam suprà comprehensus, (vocentur ex linea materna) manifestè apparet sub verbo (consanguineos) statutum comprehendisse consanguineos ex linea materna, & sic cognatos: vt sit sensus, quòd, quando sub patria potestate sunt, adhibeantur cōsanguinei ex linea materna, .s. tantùm: quādo verò sunt sui iuris, ex vtraq; linea, secundùm tamen prærogatiuam gradus. Secundò, quia cùm in defectum consanguineorum statutum velit dari curatorem; satis datur intelligi, de cognatis etiam intellexisse, cùm aliàs non esset credendum, neque sit verisimile, curatorem momentaneum, & extraneum, magis, quàm propinquos, & coniunctos vocare voluisse. Pro quo & 3. facit primum statutum dicens: (si consanguinei, & affines non existant)
6 & sic non de agnatis tantùm, licèt enim † talia verba, vt conditionalia, non operentur, quòd affines vocentur: tamen satis dilucidant, & declarāt volun-
7 tatem, ad not. in l. Lutius, de hered. instit. † Tantoq. magis, quia, cùm verbū (affinibus) ponatur cum verbo (consanguineis) tunc comprehenduntur sub verbo (consanguineis) cognati, ad not. per Canon. in rubr. de consanguin. & affin. Vltimò, quia cùm statutum vocet proximiores consanguineos, quos
8 tantùm videtur vocasse † ratione successionis, ex qua lex præsumit diligentiùs res contrahentis curare, ad not. per Bart. & communiter Doct. in l. trāsactionem C. de transact. Et hodie in successione sit differentia agnationis, & cognationis sublata. ad §. nullum in auth. de hæred. ab intest. ven. Ergo necessariò proximiores, qui succedere debent, vocantur, & sic non magis agnati, quàm cognati.

Adsunt aliæ decisiones, quæ caderent sub hoc titulo, quæ, quia in alia impressione alibi positæ reperiuntur, non fuit visum eas mutare, sed sufficiat lectorem aduertisse, quod & in alijs titulis factum est, sunt autem hæ, videlicet:

Decis. 1. de donat. Decis. 2. de confessis. Decis. 3. de success.

DE RESCRIPTIS.

EPITOME.

Signatura rescribens, quòd Auditor procedat, vt petitur, & iustitiam faciat, intelligitur quatenus de iure sit quod petitur.

DECISIO I. aliàs 47.

* Quæ clausula nō apponitur ī cōmissione Card. directa. Gomes. in cō. é. vt. sign. fol. 158. ver. hinc est, in paruis.

ADuerte, quia licèt simpliciter pars aliquid petat fieri in commissione, & Signatura respondeat, quòd Auditor procedat, vt petitur; tamen quia postea subiungit hæc verba (Et iustitiam faciat *) Intelligitur, quatenus est de iure quod petitur, bene facit quod dicit Ias. in l. iustitia, n. 4. & 5. de iust. & iur. vide Fely. in c. 1. n. 51. de const. vers. & si dicatur, Facias iustitiam.

EPI-

EPITOME.

Volens impugnare literas, quia sine manibus Officialium; repellitur, ostenso mandato, vel solutione annatæ.

SVMMARIVM.

1 *Literas originales exhiberi petens, quia vult eas redarguere de falso, auditur, quamuis aliàs sumptum probet.*

2 *Literæ valent, etiam sine manibus aliquorum Officialium expeditæ, si annata & iura Cameræ sunt soluta.*

DECISIO II. aliàs 56.

1 FVit in vna causa Placentina Canonicatus & Præbendæ productum sumptum, cui licèt credatur, * tamen pars petebat exhiberi & produci literas originales, ex quo volebat eas redarguere de falso, ad l. fin. C. de fid. instrumen. & l. Cassius. ff. de Senatoribus. Iacob. de S. Georg. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. vers. quid si ego. nu. 28. Cassan. cons. 63. n. 31. Rom. cons. 174. col. 3. vers. quò ad tertium *. Et falsitas erat ista: quia volebat probare, quòd in literis deficiebant manus aliquorum Officialium, quorum priuilegia erant, vt literæ sine eorum manibus expeditæ sint nul-
2 lius roboris vel momēti, quæ manus non registrantur: Tamen, † quia pars produxit mandatum Cameræ, in quo mandabatur ipsis Officialibus, vt eas expedirent, attento quod annata erat soluta, & cautum sufficienter, si in aliquo contigisset dubitari, & sic quia recursum fuit ad superiorem, qui fecit illas expediri sine manibus illorum, Ideo non obstantibus dictis priuilegijs, conclusum fuit expeditionem validam, quia priuilegia prædicta concessa fuerunt, vt annata eis soluatur. Quæ cum esset soluta, vt Camera attestabatur, non debebat esse in facultate illorum impedire expeditionem ideo habito recursu ad Cameram, tanquam ad superiorem, potuit illas expedire.

* Sumptum probare habes inf. decis. 2 de fide instrum.

* Et ita fuit decisum in vna Hispalen. Pensioñ. apud Put. decis. 319. lib. 2.

EPITOME.

Tertius petens admitti pro suo interesse, licet citauerit ad dicendum contra commissionem & videndum se admitti si non fuerit admissus, non facit aliquam litem.

SVMMARIVM.

1 *Ad causam non admittatur is, de cuius interesse non constat.*

2 *Clausula, causam, & causas, quam, & quas, facit vt Iudice ad causam admittente dicatur lis.*

3 *Terminus ad dicendum contra commissionem seruatus non facit litem, si non constat de interesse.*

DECISIO III. aliàs 68.

TErtio veniente pro suo interesse, & petente ad causam se admitti per commissionem, constito de eo, & Signatura (vt communiter fit) rescri-
1, 2 bente, Audiat idem Auditor, & constito de interesse admittat: si pars

fuerit citata ad dicendum contra commissionem,& ad videndum se admitti pro suo interesse, & seruatus tantùm fuerit terminus ad dicendum con-
1 tra commissionem, Iudex autem non admiserit, forsan, quia + de interesse, non constiterat, ad c. veniens. 2. de testib. & decis. 1. Bisign. de rescrip. *
2 licèt si in commissione esset clausula, necnon + causam, & causas, quam, & quas * &c. si iudex admiserit eum ad causam, quamuis aliàs de interesse non constiterit, inter istos fuisset lis; Tamen, quia non fuit petitum, nisi quòd ad causam iā motā admitteretur, constito de interesse, de quo cùm nunquam constiterit, nec Iudex eum admiserit, terminus ad dicendum
3 + contra commissionem seruatus, non facit inter ipsos esse aliquam litem, secundum Dominos in vna Placentin. Bonorum coram me, ex quo in commissione non erat aliqua causæ commissio, sed tantum quòd ad illam admitteretur, quod factum non fuit.

* Et d. 11. de iudic. in antiq. de quo Fely. d. c. veniens, & in c. auditis.col.14. de prescript.

* de hac clausula videMohe.d.5.de iudic. & d. 6. de rescript. Mādos.i formul. cōmiss. 1.& cōmiss. 15.ver.quā, & quas.Ach. d.14 de rescri.& 22.de arp. Cæs de Graff.decis.1 de iudic.

In eadem. EPITOME.

Rescriptum ab appellato impetratum præueniendo appellantem non est ipso iure nullum sed ope excep.

SVMMARIVM.

1 *Nullum quod dicitur, nisi dicatur ipso iure, intelligitur ope exceptionis.*
2 *Rescripta ad lites sunt nulla ita demum si opponatur.*
3 *Verbum infinitum importat exceptionem.*

DECISIO IV. aliàs 72.

Rescriptum impetratum ab appellato, * præueniendo appellantem iuxta c. oblatæ, de appell. est nullum ope exceptionis, non ipso iure secundum maiorem partem Dominorum in vna Placentina Bonorum coram me, ad decis. 387. al. 48. de rescr. in antiq. & decis. 13. Bisign. eo.tit. & videtur de mente Felyn. in c. ad audientiam el ij in 6. fallent.de rescrip.
1 pro quo facit, quia regulariter quando dicitur + rescriptum nullum, vt dicunt Doctor. in d. c. oblatæ. intelligitur ope exceptionis, nisi dicatur ipso iure, ad tex. cum ibi notat. in cap. 1. de rescript. in 6. facit etiam quia re-
2 gulariter etiam rescripta + ad lites sunt nulla ita demum, si opponatur, ad c. si autem, & c. plerumq; de rescript. faciunt etiam verba tex. in d. c. oblatæ. ibi obtinere non debent aliquam firmitatem, & sic per verbum infini-
3 tum,+ quod importat per exceptionem,ad tex. & glos. in l. In criminali C. de iurisd.omn. iud.& l.iubemus §. sanè C. de sacrosanct. Eccles. per Ias. in l. prima in 5.col. C.de iur. emphyt.

* Vide Put. decis. 241.li. 2.& decis.9. infra de appellat.

EPITOME.

Commissio causæ in curia cum illius auocatione à partibus, quatenus non sit instructa, tribuit iurisdictionem,licèt actor non probet ibi non esse instructam.

SVMMARIVM.

1 *Petenti causam committi in curia, quando incumbat onus probandi eam in partibus fuisse instructam.*
2 *Clausula, cum opportuna derogatione Iuris Patron. intelligitur quatenus adsit.*

DECI-

DECISIO V. aliàs 126.

1 COmmissio causæ in curia cum opportuna auocatione de partibus, quatenus non sit instructa, tribuit iurisdictionem, licèt aliter actor nō probet ibi non esse instructam, & ideo in vna Auinionen. Cappellaniæ coram D. Ludouico Gomesio, vbi Domini erant varij, ita fuerunt ad concordiam
2 reducti, quòd, Aut aliquis narrans causam ✝ in partibus pendere, petit eam in Curia committi, & auocari, quatenus non sit instructa, & tunc cū sit eius intentionis fundamentum, ex quo Papa auocat, quatenus non sit instructa, actor debet hoc probare; Aut petit simpliciter hic committi, sed cum opportuna auocatione, quatenus non sit instructa, & tunc quia non videtur fateri in partibus eam pendere, sed tantùm casu, quo oporteat eam auocari, quòd auocetur, ista clausula potiùs videtur apposita ad abundantiorem cautelam, vt in simili dicit Hostien. in c. mandatum in fin. 1. col. de rescript. arg. l. qui mutuam in prin. ver. etenim. ff. mandat. prout videmus in supplicationibus, vbi petitur conferri beneficium cum opportuna derogatione iurispatronatus, scilicet, quatenus adsit, vel opus sit.

Vide Mohe. d. 1 vt lit. pē. Thā. deci 42 infra decis. 1 de Iudi. Caputaq. d. 156 lib. 1. impres.

EPITOME.

Papa si rescribat alicui iudici, enunciatiuè narrans aliquid coram eo factum, & committat, vt constito de illo facto procedat, debet aliter de eo constare, quàm per dictam assertionem.

SVMMARIVM.

1 *Papæ verbis creditur.*
2 *Clausula: constito tibi de tali facto; requirit causæ cognitionem, & partis citationem.*

DECISIO VI. aliàs 57. lib. 2.

1 PApæ verbis licèt credatur,* iuxtà distinctionem, de qua per glos. & Doct. in clem. 1. de probat. Abb. & Felyn. in c. ad audientiam de rescript. Doct. in c. cum à nobis de testib. & ibi Abb. & Fely. Si tamen Papa alteri rescribendo aliquid coram eo factum enunciatiuè narret, & committat iudici, vt constito sibi de illo facto procedat, debet aliter iudici, quàm per dictam assertionem constare, secundum Dominos in vna Fauent. bonorum corā D. Neocastren. si enim Papæ intentio fuisset, vt assertioni suæ staretur, nō rescripsis-
2 set (constito &c.) quod causæ ✝ cognitionem, & sic partis citationem requirit, ad clem. præsenti, & ibi glo. in verb. constiterit de cens. & decis. 21. de rescript. & d. 15. in fi. de dolo, & contum. in antiq. Abb. in c. sacro de sent. excom. & c. conquerente de rest. spol. & c. si constiterit, & ibi Fely. vers. & nota secundum Abb. de accus. Dec. in c. consultationibus post princ. col. 2. de off. deleg. & ideo processus, & sententia secuta fuit per Dominos tēta nulla iuxta c. cum dilecta de rescript. & Fely. vbi supra.

*De quo latè Ant Gabriel. cōcl. 2. de probatio. Mascar consl. 1143. & 1227.

EPITOME.

Literæ secundæ expeditæ ad 50 vigore reformationis, in qua nihil dicitur de valore, valent, etiam si in primis literis sint expressi fructus ad 24. si in impetratione adest clausula, cum potestate augen. vel minuen. vsque ad verum valorem, reg. non obstan.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Noua gratia dicitur quæ aliquid addit primæ.*
2 *Gratia prima non dicitur mutata, si in ea nil additur.*
Ratio regulæ de valore.
3 *Reformationes literarum passim conceduntur petentibus.*
4 *Gratia dicitur surreptitia non expresso eo, quod si expressum fuisset, Papa non concessisset.*
5 *Noua prouisio Papæ in qua quis narrat se aliàs prouisum, non valet, nisi constet de priori titulo.*

DECISIO VII. aliàs 11.

IMpetrauerat P. quandam parrochialem Elboren. expresso valore 24. duc. cum potestate augendi, vel minuendi vsque ad verum valorem, regula non obstante, & in literis expresit ad 24. postea fecit vnam reformationem, prima supplicatione præinserta, in qua dixit se non derogasse iuripatronatus, & non expressisse verum titulum cuiusdam Cardinalis, & de valore nihil dicebat, nisi & aliàs iuxtà præinsertæ tenorem, & super ista reformatione expediuit literas ad quinquaginta: fuit dubitatum an istæ secundæ literæ sibi suffragarentur, ex quo in primis non expresserat verum valorem, propter regulam, quæ vult, quòd si semel expeditæ fuerint literæ super vno valore, secundæ, alio valore expresso, nullius sint roboris, vel momenti. Fuerunt per DD. remissæ literæ ad Cancellariam, & Domini de Parco concluserunt fuisse bene expeditas, ex illa s. ratione, quia erat noua † gratia, maximè quia aliquid addebat ad l. ius ciuile ff. de iust. & iur. Et hoc mouit maiorem partem Dominorum pro validitate secundarum literarum. Ego tamen fui in contrario voto, quia quoad valorem nihil est additum in secunda gratia, vnde in eo, in quo non additur, non mutatur † prima nec in nomine, nec in substantia, ad doctr. Doct. in d. l. ius ciuile, & me potissimum mouebat ratio regulę, quia expedientes literas poterant decipere Papam, vt minorem annatam soluerent exprimendo non verum valorem: & si postea daretur obiectus circa valorem exprimerent in secundis literis, ideo prouisum fuit per regulam, vt secundæ literæ sint nullius roboris. Hæc eadem ratio militat in casu supradicto, quia † reformationes præfatæ passim petentibus cōceduntur. Vnde esset dare viam fraudibus, & regula esset imposita verbis. Nec facit quòd sit noua gratia, quia habet relationem ad primam, nec Papa eam concessisset, si sciuisset super prima fuisse literas expeditas, vero valore non expresso, vt in Signatura in dies videtur, vnde non expresso hoc, quod si expressum fuisset, Papa non concessisset, † gratia dicitur surreptitia, ad c. super literis de rescript. Papa ergo faciliùs fuit motus propter primā gratiam, ideo secunda gratia non dicitur omnino noua gratia separata à prima: vnde videmus in noua prouisione, quando quis narrat se aliàs prouisum, & dubitare primam gratiam non valere, licèt dicatur, quòd omni modo quo vacet, & Papa de nouo † prouideat, non tamen valet, nisi constet de priori titulo,

*Vide Gom. super reg. de valore q. 1.

(margin numbers: 1 at "se bene expeditas"; 2 at "vnde in eo"; 3 at "casu supradicto"; 4 at "expressum fuisset"; 5 at "vacet")

titulo, quia si sciuisset Papa nullum illum habuisse titulum, forsan ei non prouidisset. Et ita per aliquas ex istis rationibus secutus fuit me D. Camillus de Ballionibus.

EPITOME.

Valore in primis literis malè expresso, non possunt aliæ literæ expediri, & in illis haberi illum pro expresso; etiam vigore gratiæ retentionis.

SVMMARIVM.

1 *Valor licèt non sit exprimendus, si exprimitur malè, gratia redditur nulla.*
2 *Vacandi modum veriorem, qui facultatem habet exprimendi, vel pro expresso haben. si exprimat, & malè, non potest amplius exprimere.*
3 *Alternatiua vna parte electa, non possumus ad aliam contrariam redire.*

DECISIO VIII. aliàs 19.

EPiscopus Placen. qui in gratia retentionis habebat vsque ad summam sexcentorum ducatorum, vel quòd valorem posset habere pro expresso, expressit in primis literis 600. postea alias literas, vbi habebat valorem pro expresso, expediuit; dubitatum fuit de validitate secundarum literarum: & videbatur quòd ex quo prima gratia, ob verum valorem non expressum, sit nulla, possit iterum redire ad alium modum validum arg. not. in l.2. de opt. leg. & in l. serui electione de leg. 1. & l. boues, §. hoc sermone de verb. sign. Tamen Domini omnes concluserunt cõtrarium, sicut videmus in eo, qui habet gratiam exprimendi, & augendi valorem, quòd si semel ad certum valorem expressit, amplius augere non potest propter regulam. Vnde & de iure
1 communi, licet quis non teneatur † exprimere valorem beneficij, si tamen exprimit, & malè, gratia efficitur nulla, ad not. per Fely. in c. ad aures in 3. col. de rescript. bene facit quoddam notandum D. Antonij de Sancto Seuerino Abbreuiatoris, referentis, quòd in Parco fuit conclusum in eo, qui ha-
2 bebat in gratia † vt possit exprimere modum vacandi, vel habere pro expresso, quòd si semel verum modum vacandi expresit, non possit amplius literas expedire, & habere in illis pro expresso, facit quia alternatiua est,
3 cuius † vna parte electa, non potest quis ad alteram contrariam redire.*

*De quo per Ias. in l. serui electione de leg. 1. Put. decis. 193. lib. 3.

EPITOME.

Gratiam habens in forma pauperum hodie tenetur probare verum valorem, licèt olim secus.

SVMMARIVM.

1 *Valorem non tenebatur olim probare habens gratiam in forma pauperum, sed hodie tenetur, ob mutatam formam gratiæ.*

DECISIO IX. aliàs 24.

NOta, quòd illud, quòd dicebatur, quòd habens gratiam in forma pauperum non tenetur probare valorem, sed onus probandi translatum est in aduersarium ad decis. 6. de præbend. in antiq. & Felyn. in c. ad aures in 4. col.

* concordat cum hac decis. alia deci.

Acorombo-ni 32. lib. 1.

col. vers. tertia conclusio. in secunda limitatione. de rescript. non est verum hodie, quia est mutata forma gratiæ, nam vt ibi notatur, illud procedebat, ex quo Papa primò concedebat simpliciter, & ad beneficia cuiuscun-„ que valoris, in fine autem habebatur: nostræ autem intentionis existit, vt „ prouideatur de beneficio, cuius valor, &c. vnde qui vult dicere quod excedit, probet, quia acceptans pauper potest ex principio gratiæ qualecunque acceptare. Hodie tamen dicitur in gratia limitatè, non ad quæcunque, sed cuius redditus, &c. talem valorem non excedant. & hoc tenuit maior pars Dominorum in vna Hispalen. beneficij de Carmona coram D. Io. Clerici.

E P I T O M E.

Regula de valore habet locum etiam in prouisione Legati.

S V M M A R I V M.

1 *Annata soluitur etiam in prouisione Legati.*

DECISIO X. aliàs 30.

* Vide Gomes. super reg. de valore q. 2. vbi huius decis. meminit.

MAior pars Dominorum firmauit in vna Burgen. beneficiorum coram D. Camillo, quòd regula de valore habeat locum in prouisione Legati, licèt per verbum (forte) hoc dicat Felyn. in cap. ad aures in conclus. 14. nu. 15. de rescript. quia potissima ratio regulæ est propter fraudem, quæ fieri pos-1 set in soluendis annatis, ✝ quæ etiam soluuntur in prouisionibus Legatorum.

E P I T O M E.

Auditor Rotæ potest taxare expensas factas coram A.C. si commissio dicat quòd procedat, prout Auditor poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius, ne sententiæ executionem impediat, sufficit cautio de qua hic.*
2 *Expensas factas coram A. C. taxat Auditor Rotæ cui commissa est causa, vt procedat, prout A. C. poterat.*

DECISIO XI. aliàs 14.

BEatrix Porregia Hispana processerat coram A. C. vigore instrumenti contra Franciscum Vaccam vsque ad declarationem, susceptionem, censurarum, brachium seculare, ac executionem super quadam domo: Pasqualis verò Vacca frater dicti Francisci, & Tiburtia eius vxor fecerunt mihi committi causam in Rota, tanquam prætendentes se priores, & potiores creditores: ex parte verò dictæ Beatricis fuit obtenta commissio, vt data per eam cautione in forma depositi, in euentum succumbentiæ, contra Franciscum procederem ad vlteriorem executionem, qua cautione da-
1 ta, vt debet, & sufficit, ✝ ne tertius impediat executionem ad not. per Felyn. in c. veniens il 2. num. 7. ver. tertia conclusio. de testib. l. si is à quo & l. seq. de re iud. dubitabam An ego haberem potestatem taxandi expensas

sas factas coram A. C. & ratio dubitandi fuit decis. nostra 735. al. 44. de sent. & re iud. in antiq. qua non obstante, omnes Domini inclinarunt
2 ✝ in partem affirmatiuam, ex quo commissio dicebat, quòd procederem prout Auditor poterat.

EPITOME.

Regula de non tollendo iure quæsito habebat locum solum in causis, hodie verò etiam si ante litem.

DECISIO XII. aliàs 174.

Regula de non tollendo ius quæsitum non habet locum nisi in causis litigiosis, * vt ex facie, & tenore dictæ regulæ apparet, non autem in impetrationibus, & obtentis a Papa, nulla existente lite, secundum maiorem partem Dominorum in vna Placentina Parochialis de Perocen. [hodie tamen magis prouidet, quia habet locum, & loquitur etiam si ante litem fuerit obtenta commissio.]

* Vide Gomes. qui huius decisionis meminit super reg. de iure quæsito non tollen. q. 14.

EPITOME.

Prouisio facta ipso die obitus cum derogatione reg. de verisim valet; etiam si probetur delatio ad sepulturam eadem die hora 24 vel media hora noctis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum etiam de nocte fieri potest.*
2 *Data die obitus solet à Datario poni, quamuis gratia sit facta post.*
3 *Obitus præsumitur præcessisse sepulturam per plures horas.*
4 *Actus duo quando reperiuntur eodem die facti, præsumitur ille præcedere, vel subsequi, prout vterque valet.*

DECISIO XIII. aliàs 116.

Prouisio Papæ sub die 4. mensis cum derogatione Regulæ de verisimili notitia, debet canonizari, etiam si testes probent obitum de eadem die, & hora 24. vel media hora noctis vidisse illum mortuum deferri ad sepulturam. Primò, quia potest esse quòd post illam horam fuerit gratia concessa, quia
1 collatio ✝ beneficiorum, etiam de nocte * fieri potest, ad glos. in c. vni. in ver. occulta vt eccles. benef. Abb. in c. 1. de cland. despon. per Dec. plenè in c. consuluit in fin. 4. col. cum seq. de off. deleg. Secúdò, quia videmus quòd gra-
2 tia fit expost, & tamen ad maius robur ✝ Datarius, ad supplicantis petitionem, solet ponere datam diei obitus, cum derogatione dictæ regulæ. Tertiò quia si testes dicunt illa hora vidisse illum deferri ad sepulturam, verisimili-
3 ter à communiter accidentibus debebat ✝ obijsse per plures horas antea,
4 quia quando actus ✝ duo reperiuntur facti eodem die, ille præsumitur præcedere, vel subsequi, secundùm quòd vterq; actus valet, ad l. cum in testamento, & ibi Bald. de hæred. inst. per Ias. in l. 1. in princ. 3. col. de verb. obl. & l. qui fideicommissarij C. de fideicommiss. & in l. vlt. nu. 30. C. de edict. Diu. Adr. tol. Fely. in c. pastoralis nu. 5. de rescript. * & hoc in vna Florent. parochialis coram D. Io. Clerici.

Vide Gome. super hac Reg. q. 6. vbi idem inquit decisum in vna Capuana decanatus, & super reg. de infir. q. 38

* Sic, & resignatio, Gomes. super reg. de infir. resignā. q. 38 in fine, sic etiam & præsentatio. Lābertin de iure patr. lib. 2. artic 4 2 q. princ. 2 par.

* Add. Salyc. in l cum in tex. in princ. C. de donat. ante nupt.

EPI-

EPITOME.

Error in propria persona non vitiat gratiam in casu de quo hic.

SVMMARIVM.

1 *Error in nomine diœcesis vitiat gratiam, declara, vt num. 4.*

2 *Monachus de vno monasterio ad aliud translatus, desinit esse primi, & dicitur secundi.*

3 *Commendatarius habet administrationem.*

7 *Error in facto proprio excusat, quando agitur de damno vitando, & amittendo proprio.*

DECISIO XIV. aliâs 191.

*Sic etiam errore nominis, vel cognominis resignantis nõ vitiare publicationem resignationis tenuit Rota 1. Feb. 1588. coram D. Bubalo, si tamẽ ex alijs circumstantijs constat de persona.

Error in propria persona, fuit dubitatum, An vitiet gratiam: exemplum in vna Taurinen. cappellaniæ coram D. Io. Clerici, vbi Monachus Sancti Saluatoris obtinens in commendam pœnitentiariam in monasterio Sancti Michaelis, vbi erat cappellania aliâs secularis eidem vnita, resignãdo pœnitentiariam, narrando se monachum Sancti Michaelis, obtinuit sibi super cappellania reseruari regressum, quia resignationis tempore erat disiuncta ad vitam vnius tertij, vt sicut priùs eueniente morte istius tertij, cappellania erat reditura ad pœnitentiariam, ita nunc per regressum redeat ad eum, & quia videbatur cessare surreptionem, ex quo Papa eodem modo concessisset, etiam narrato quòd esset Sancti Saluatoris Monachus, cum beneficium, idest cappellania, esset de sui natura secularis, & non existens in Monasterio Sancti Michaelis, cuius monachum se esse narrauit. Dubitabatur de validitate regressus, ob dictum errorem, qui in propria persona, prout in
1 nomine † diœcesis, videbatur vitiare ad not. per Io. Andr. & doct. in c. Rodulphus de rescript. & Fely. post alios in c. significante col. 2. vers. secunda declaratio eod. tit. per c. ab excommunicato eo. tit. per l. fin. C. de hæred. instit. & ibi Bar. & Doct. Quo non obstante Domini fuerunt in contrarium, moti aliqui, quòd ex quo habuit officium pœnitentiariæ in secundo monasterio, posset dici illius propriè monachus, vt ad illud translatus, ita vt desi-
2 nat † esse primi, ad c. fin. de relig. dom. ad c. si quis translatus. 21. q. 2. & c. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. & Card. in Clem. dudum §. nos enim col. 3. vers. 12. quæro de sepult. & Abb. & alij in cap. constitutis de elect. & licèt ista ratio aliquibus non placuerit propter commendam, quia cessare videtur ratio, de qua in dictis iuribus, ex quo in secundo ratione officij non tenebatur re-
3 sidere: tamen illis respondebatur, quòd ex quo commendatarius † habet administrationem, ad glo. in c. venio, in verb. commendare, de elect. cum ibi not. per Doct. poterat in secundo monasterio ministrare, ideo cessat etiã surreptio primi ad d. c. fin. Moti etiam sunt aliqui, quòd quando eodem modo gratia fuisset concessa, vt in casu nostro supra declaraui, error etiam in
4 propria persona, † vel diœcesi cum non vitiet ad not. per Io. Andr. & Fely. in d. c. significante nu. 8. in quæstione quam ponunt de B. Paduano narrante se Bononiensem, quando beneficium est in diœcesi Florentin. & etiam quia

data

data alia contraria opinione pro veriori, nihilominus in casu nostro procedere non debebat, ex quo agitur de damno vitando, & amittendo proprio, scilicet quia amitteret pœnitentiariam suam, & non haberet regressum super cappellania, quæ etiam ad eum, vt pœnitentiarium, si non resignasset,
5 ✝ erat peruentura, quo casu error in proprio facto deberet excusare, ad not. per Bar. in l. auunculo nu.4. vers. quædam est pœna in amittendo propria de cond. sine caus. & per Soccin. in reg. 175. in prima fall. cum simil.

EPITOME.

Regula de non acceptando nisi literis expeditis, habet locum etiam in gratia Perinde valere, non expedita, licèt super prima gratia fuerint expeditæ literæ.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo, non facta mentione non legitimæ ætatis quo ad Parochiales est nullum.*
2 *Acceptatio vigore dicti mandati est nulla.*
3 *Literæ si super principali fuerunt expeditæ, non est necessarium quòd super dispensatione expediantur.*
4 *Dispensatio non canonizatur, sed vti accessoria sequitur naturam gratiæ principalis.*
5 *Gratia principalis si est nulla ipso iure, literæ debent expediri super gratia Perinde valere.*

DECISIO XV. aliàs 196.

Regula quòd quis non valeat vigore alicuius gratiæ de vacaturo, beneficiũ acceptare, nisi literis expeditis, locum habet etiam in gratia, Perinde valere, non expedita, etiam quòd super priori gratia literæ essent expeditæ, quando aliàs sine Perinde valere, nullius essent roboris. Exemplum in vna Lunen. Sarzanen. coram D. Piccolomineo, in qua in mandato de prouiden-
1 do, ✝ non erat facta mentio non legitimæ ætatis, & sic quò ad parochialem erat nullum arg. c. si eo tempore de rescript. in 6. & not. per Mod. in c. eam te ad fin. eod. tit. iunctis not. per eosdem in c. ex tenore eod. tit. super quo mandato literæ erant expeditæ, sed non super gratia Perinde valere, ac si de ætate mentio facta fuisset, Ex quo maior pars Dominorum voluit acceptationem
2 ✝ vigore dictæ regulæ fore nullam, & inualidã per cons. Gemin. 128. col. 2. non obstante quòd vnus ex Dominis contrarium teneret, motus, quia
3 quando super principali gratia ✝ sunt expeditæ literæ, non est necesse quòd super dispensatione expediantur, * & plures tales gratiæ cum dispensatione apparente per solam supplicationem, non obstante regula quòd non iudicetur, &c. fuerunt per Rotam canonizatæ. Ad quod tamen fuit responsum, gratiam illo casu, stante dispensatione eo tempore factam, fuisse semper validam, ideo potuisse canonizari, licèt super dispensatione literæ non essent
4 expeditæ, quia ✝ illa non canonizatur, sed vt accessoria sequitur naturam sui principalis, ad reg. accessorium de reg. iur. in 6. cum vulg. Sed in casu
5 nostro prima ✝ gratia est ipso iure nulla, & secũda Perinde valere, quæ dando

* Facit Put. decis. 485. lib. 2.

do illi vitam & spiritum dicitur potius principalis, quàm accessoria & cùm illius vigore necessariò sit acceptatio facienda, meritò propter regulam, super illa debent literæ expediri.

EPITOME.

Familiaris impeditus in tinello comedere dicitur commensalis, etiam si nunquam in eo comedit, si probatur ad sui beneplacitum potuisse in tinello, quando fiebat, comedere.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris impeditus comedere si asserat se commensalem, non redditur ex hoc gratia nulla.*
2 *Conditionis defectus per casum habetur pro impleto.*
3 *Commensalis dicitur à comedendo, & dicitur continuus, quando aptus est continuò comedere.*

DECISIO XVI. aliàs 224.

*De familiaritatis probatione plura. Mascard. de probatio. conclus. 755 Simonet de reseru. q. 36.

FAmiliaris,* qui cœpit esse tempore sacchi, licet in tinello nunquam comederit, dicitur tamen esse cõmensalis, si probetur eum potuisse ad sui beneplacitum in tinello comedere, si tinellum fieri contigisset, prout tunc
1 propter impedimentum sacchi non fiebat. Vnde nec gratia † dicitur surreptitia, si quis illius, cuius erat familiaris, commensalem se esse asseruit. Nec obstat regula de fict. famil. secundum DD. in vna Compostellana coram D. Petro, quia licèt dicatur commensalis à comedendo, & vt comedat, est ta-
2 men potius in hoc modus, quàm conditio, quo casu † defectus per casum, habetur pro impleto ad l. si fundum per fideicommissum, §. Iulianus Titio de leg. 1. & per Bar. in l. in testamento. de cond. & demonstr. & quia conti-
3 nuus dicitur cõmensalis, quando aptus est comedere † continuò, licèt continuò, non comedat. ad glo. & ibi allegat. per Gemin. c. fin. vers. continuè de verb. sign. in 6.

EPITOME.

Pensio reseruata cum clausula dummodo medietatem fructuum non excedat, intelligitur quatenus non excedit, & pro ea parte, quæ non excedit.

SVMMARIVM.

1 *Valoris expressio habet vim conditionis. Gratia habens conditionem, ea non verificata, redditur nulla.*
2 *Surreptio partis gratiæ, quando vitiet totam gratiam.*
3 *Pensionarius existente pensione nulla, potest ad suum beneficium reuerti.*
4 *Clausula, quæ fructuum medietatem non excedat, quomodo intelligatur.*

DECISIO XVII. aliàs 233.

* Vide Gig. de pẽsion. q. 9. & q. 35. & dicit Mohed. decis. 11. de

PEnsionem assignatam resignanti, quæ medietatem * fructuum non excedere asserebatur, petebatur in totum annullari, ex quo verè medietatem fructuum excedebat, quod videbatur dicendum, cum expressio valo-
1 ris in gratia † habeat vim conditionis, qua non verificata gratia redditur surre-

surreptitia, ad Felyn. latè in c. dudum de præsumpt. & in c. ad aures col. 8.
2 conclus. 7. num. 10. in fin. de rescript. quæ surreptio partis ✝ facit totam gratiam vitiari, quando non est capitulũ separatum, sed habet connexitatem ad not. per Felyn. in c. ad audientiam el primo in 2. col. vers. am-
3 plia tertiò eo. tit. licet autem pensionarius, existente ✝ pensione nulla, potuisset ad suum beneficium reuerti, cum resignasset reseruata sibi pensione, & sic sub conditione, qua non verificata, quia nulliter esset reseruata, remanebat cum pristino suo iure non resignato, vt in vna Auinionen. Canonicatus coram D. Paulo aliàs vidi, quòd nolens soluere pensionem octo ducatorum tantùm, allegauit eius nullitatem, ex qua annullatione amisit canonicatum valoris quinquaginta ducatorum, & forsan centum, cùm resignans reuersus fuerit ad ius suum: nihilominus in ista causa, quæ erat vocata Tiburtina Pensionis, & quæ erat commissa sine aliquo rescripto D. Pisaurien. qui voluit Dominos consulere, pensionarius non contendebat super regressu, sed petebat saltem vsque ad medietatẽ fructuum sibi pensionem deberi; quod fuit per Dominos tentum, quia non est dubium, quòd cum pensio à Pontifice sibi detur talis valoris, ne nimium dispendium patiatur, tantò magis pensionem maioris valoris dedisset, ad not. per Felyn. in d.c. dudum vers. 4. limit. vt intelligamus dicta verba,
4 quæ ✝ medietatem fructuum non excedit, licèt conditionalia, scilicet quatenus non excedat idest pro ea parte, quæ non excedit medietatem. ad l. Stichum, qui meus erit, cum ibi not. per Doct. de leg. 1.

locato, quod de stylo apposita censetur hæc clausula, etiam si esset omissa, quia cõmuniter apponi solet.

EPITOME.

Noua prouisio surreptitia ob non expressionem veri valoris, ideoq; inualida, non potest alteri vitam tribuere, ex ea tamen inducitur publicationis effectus.

SVMMARIVM.

1 *Noua prouisio nulla, & surreptitia ob non expressionem veri valoris, An suppleat defectum publicationis, & n. 6.*
2 *Mortuum quod est, & sine spiritu, alteri vitam & spiritum tribuere non potest.*
3 *Si per æquipollens aliquid permittitur adimpleri, non intelligitur per æquipollens inualidum.*
4 *Publicè facta præsumuntur cognita.*
5 *Principis præsentia operatur publicationem & n. 8.*
7 *Publicatio est facti.*
Effectus facti causatur etiam ex actu nullo.
9 *Quæ veniunt ad executionem primi iuris tolerantur licèt, non tollatur effectus, qui aliàs gratiam annullaret.*
10 *Noua prouisio supplet diligentias, licèt in ea non fiat mentio defectus ætatis.*
11 *Gratias Apostolicas, nisi super illis fuerint literæ expeditæ, Rota canonizare non solet.*

B DECI-

DECISIO XVIII. aliàs 4. lib. 2.

Noua prouisio nulla, & surreptitia ob non expressionem veri valoris, licèt videatur non debere supplere defectum publicationis iuxta cons. Rom. 433. in 2. dub. eò quia cum sit inualida, mortua, & sine spiri-
2 tu, ✝ non potest alteri vitam, seu spiritum tribuere, ad l. non putauit, §. non quæuis de bon. poss. contra tab. & not. per Felyn. in c. ex tenore col. 3. de rescript. & quia forma regulæ requirentis publicationẽ, licèt adimpleatur per nouam prouisionem, & sic per æquipollens, ad d. cons. Rom.
3 tamen non debet posse per æquipollens ✝ inualidum adimpleri, ad not. per Alex. & Doct. in l. 1. de lib. & posth. & Felyn. in c. cum dilecta de re-
4 script. sicut videmus quòd licet ea, quæ publicè proponuntur ✝ & fiunt, præsumantur esse cognita, ad ea quæ habentur in c. bonæ de post. prælat. & in c. 1. eod. tit. in 6. tamen id verum non est, quando Edicta, vel aliæ similes publicæ propositiones sunt inualidæ, seu contra formam factæ, ad not. per omnes in c. 1. de iud. & in clem. causam de elect. sicut etiam vi-
5 demus quòd licèt præsentia principis ✝ operetur publicationem ob multitudinem assistentium, per l. omnium C. de testam. tamen secundùm Ias. ibi in princ. intelligitur dummodo bona fide & sine fraude propter verba illa, mera fides, & dummodo aliud non obsistat; sic etiam prouisio surre-
6 ptitia, & cum fraude, ✝ non exprimendo verum valorem, publicationem inducere non debet, maximè quia Rota canonizare solet gratiam expectatiuæ cum inde secutis, vnde nouam prouisionem nullam, & inualidam canonizare, & approbare iuridicum non videbatur*. Tamen in vna Tull. paroch. coram D. Ioanne Clerici, præmissis non obstantibus, Domini tenuerunt, quòd induceretur publicationis effectus, attento quòd cùm
7 publicatio sit facti, ex actu etiam nullo causetur effectus facti, ✝ ad tex. & ibi not. per Doct. in l. 1. §. si vir vxori, de acquir. poss. sicut etiam ex actu nullo voluntas colligitur & declaratur,* ad l. fin. cũ vulg. de reb. eor. quia negari non potest, quòd cùm in supplicatione nouæ prouisionis contineatur, & narretur acceptationem factam vigore expectatiuæ, coram Prin-
8 cipe .i. Papa ✝ propter multitudinem adstantium, publicatio satis dicitur facta, ad d. l. omnium; quia surreptio, & sic fraus ex aduerso considerata in obtinendo talem nouam prouisionem benè processerat, & considerari poterat, non autem circa acceptationis narrationem, & in canonizatione, cum inde secutis, &c. non noua prouisio simpliciter continebitur, sed tantùm publicatio ex ea, licèt inualida causata, eòq. maximè, quia in ijs
9 ✝ quæ veniunt ad executionem primi iuris, toleratur, vt subsistant, licèt in eis non tollatur defectus, qui aliàs gratiam annullaret, vt in semel dispensato habente secundam gratiam concernentem primæ executionem, ad not. per Philip. Franc. in c. 2. in fin. de fil. presb. in 6. propter quod refertur aliàs in vna Legion. coram D. Paulo iudicatum fuisse, nouam pro-
10 uisionem ✝ supplere diligentiam, licèt in ea non fieret mentio defectus
11 ætatis in expectatiua sublati: nam & Rota ✝ gratiàs Apostolicas, nisi super

*Idem dicit Gomes. bis. e). præsente Rotã tenuisse super regula de annali, q 45. & super regula de publican. q 11. vbi me minit huius decis.

*Mohed. dec. 2. de off. deleg.

per

per illis literæ sint expeditæ, canonizare non solet, solùm tamen nouæ prouisionis supplicationem, in illa clausula, cum inde secutis, comprehendit, & canonizat, quia eam vt accessoriam expectatiuæ, & vt eius executionem considerat.

Alias decis. ad hunc tit. spectan. habes infra, decis. 1. defer. decis. 1. de Iudic. decis. 2. & 5. de concess. praben. decis. 2. de renunciat.

DE CONSVETVDINE.

EPITOME.

Consuetum dicitur quod pluries, solitum quod semel factum est.

SVMMARIVM.

1 *Solitum dicitur quod semel factum est.*

DECISIO I. aliàs 10.

PRæceptoria quædam Cæsaraugustana quæ erat regularis, fuit data per Papam vni clerico sæculari in commendam perpetuam*, & in literis erant posita ista verba: attento quòd illa clericis sæcularibus commendari consueuit. non probabatur tamen nisi vna prouisio commendæ perpetuæ. Quare propter verbum, consueuit, quod requirit plures actus, ad not. in l. 3. C. de epis. audient. & in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, li-
1 cèt si dixisset, solita ✝ est, vnus tantùm actus suffecisset, ad not. per Bart. in l. Mela. per illum text. de alim. & cib. leg. & per eundem, & Paul. de Castr. in l. 1. C. quomodo, & quand. iud. Omnes domini concluserũt prædictam prouisionem, seu commendam non valere, neque debere effectum sortiri, ex defectu intentionis.

*De materia huius decis. vide Roch. Curt ĩ rubr. de cõsuetud. q. 5. n. 32. Castrẽ cõs. 143. li. 2 Cagnol. l. diẽ functo. nu. 105. ff. de off. assess. Menoch. de arb. Iud. casu 81.

DE RENVNTIATIONE.

EPITOME.

Regressum habens, ei potest viuente illo, per cuius obitum illi locus erat, renuntiare coram solo Notario.

SVMMARIVM.

1 *Regressus renunciatio, illo viuente per cuius obitum ei locus est, dicitur renuntiatio iuris ad rem.*

DECISIO I. aliàs 162.

HAbens regressum* potest viuente illo, per cuius obitum locus erat regressui, illi renuntiare, & extinctioni consentire coram Notario, solùm, absque alia supplicatione in manibus Papæ, vel superioris, cùm
1 ✝ sit renuntiatio iuris ad rem, secundum Dominos in vna Salamantina Parochialis del Goro coram D. Io. Maria, ad decis. 289.* & decis. 572. de renunc. in antiq. per iura ibi alleg. & per Gemin. cons. 127.

* Regressus sunt sublati à Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 7.

*Alias decis. 8. & 14 de renũc. in antiq. & adde dec. 7. de iurepa. in antiq.

B 2 EPI-

EPITOME.

Regressus ad hoc vt valeat ex causa resignationis, an sit necessarius cõsensus resignatarij.

SVMMARIVM.

1 *Papæ dicenti aliquem sibi supplicasse creditur.*
2 *Verbum, supplicant, intelligitur distributiuè.*
3 *Regressus quando sit validus.*
4 *Regressus etiam sine consensu conceditur à Papa, Datarius tamen semper ponit, de consensu.*

DECISIO II. aliàs 173.

Contra regressum Alcidis, in vna Tullen. Abbatissatus coram D. Camillo, per cessum, vel decessum Magdalenæ, & ex causa permutationis, opponebatur, quod in supplicatione, vbi narrabatur dictam Alcidem cedere in fauorem dictæ Magdalenæ, dicebatur: supplicant igitur tàm dicta Alcidis, quàm Magdalena, vt cessionem prædictam admittentes, monasterium præfatum eidem Magdalenæ conferre, & Alcidi, ne nimium dispendium patiatur, pensionem annuam viginti florenorum, ac regressum, modo quo supra &c. Vnde cùm non apparet de consensu dictæ Magdalenæ, nisi circa pensionem, non autem regressum, videbatur surreptitius,
1 & inualidus, quia licèt de iure † credi deberet Papæ dicenti aliquem sibi supplicasse, ad cons. Gemin. 33. col. 2. tamen in literis regressus non asserebatur, nisi Alcidem supplicasse. Quo tamen non obstante, Domini fuerunt pro validitate regressus: Vt scilicet dictum verbum (supplicant)
2 † intelligatur distributiuè * ad l. falsa, §. fin. de condit. & demonstr. & not. in l. quamuis, C. de impub. & al. subst. s. quòd Magdalena cessionaria pro admissione cessionis sibi factæ, & pro sua prouisione, & Alcides pro sua pensione, & regressu supplicarunt, & hanc opinionem sensit Cancellaria, ex quo absque alio consensu Magdalenæ expediuit dictas literas regressus pro Alcide. Et ne dictus regressus videatur piscatorius, attento quòd forsan cedens nihil iuris habebat, & quia aliàs dixerunt antiqui contrarium Rotam tenuisse, præcipuè in vna Vicentina, vbi Domini fuerũt pro
3 nullitate regressus, fuit per Dominos distinctum † quòd Aut cessio non erat acceptata per habentem ius, vel per possessorem, vel illum, per cuius cessum vel decessum regressus concedebatur, & isto casu esset inualidus, & piscatorius, quia passim tales fraudes fierent pro piscando regressu absque scitu, & consensu obtinentis beneficium, Aut fuerat acceptata, & valeat, vt in casu superiori, ex quo consenserat pensioni: & quia à con-
4 suetudine patrisfamilias quotidie videmus tales regressus † sine consensu aliquo per Pontificem concedi, & quia in omnibus supplicationibus vbi est cessio & regressus, semper dicitur (supplicant) adeo quòd nullus regressus esset sine consensu, & quia Papæ intentionis est requirere consensũ, semper Datarius apponere solet, & quò ad regressum, de consensu.

*Facit decis. Mohed. 10. hoc tit.

EPI-

EPITOME.

Papæ narratiuæ de facto tertij non creditur, secus de facto proprio.

DECISIO III. aliàs 115.

ADuerte quòd Decisio Aegid. 253. debet intelligi, & limitari vt loquitur, scilicet, quando Papa asserit resignationem in manibus commissarij, & sic tertij factam, secus, si in manibus suis, vel prædecessoris, per vulg. clem. literis de probat. Ita omnes DD. in vna Aquensi canonicatus coram D. Io. Maria.

* Vide latè Gabriel de probat. cócl. 2. n. 43. cum multis seqq. Mascard. de probat. cócl. 1227.

EPITOME.

Intruso cedente liti, & causæ, & allegante non habere ius quia resignauit, debet nihilominus actori dari sententia, & reus condemnari in expensis.

SVMMARIVM.

1 *Cessio litis & causa, & resignatio ab intruso facta non liberat eum à condemnatione expensarum.*
2 *Resignans, etsi abdicet à se ius & possess. non tamen detentationem.*
3 *Contradicere quis dicitur ex sola detentatione.*

DECISIO IV. aliàs 92.

1 INtruso reo cedente † liti, & causæ, ac allegante, & producente resignationem per eum in alium factam ad ostendendum quòd non habet ius: debet nihilominus secundùm DD. in vna Aquen. prioratus coram D. Aragonia dari sententia in fauorem actoris, & reus in expensis con-
2 demnari, cessione non obstante: ex quo licèt per resignationem † probet se vtramque possessionem amisisse, non tamen facti detentationem, ad decis. 158. aliàs 1. de renunc. in nou. vnde ex quo non probat illam dimisis-
3 se, † ista ratione videtur contradicere.

EPITOME.

Regulæ de publicandis resignationibus tempus incipit currere à die præstiti consensus, non à die datæ.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ante præstitum consensum expediri non possunt.*
2 *Tempus impedito non currit, sed à die qua facere valet.*

*Idē Gomes. qui hui⁹ decisionis meminit super hac regula q. 7.

DECISIO V. aliàs 225.

REgula de publicandis resignationibus tempus secundùm DD. in vna Seguntina parochialis coram D. Siluestro, à die præstiti consensus,
1 non autem à die datæ * currere incipit, ex quò cùm ante † consensus præstationem literæ expediri non possint, & per consequens nec publicatio

* Hodie ex Pij V Cóstit. 182. & Greg. XIII. 87. cóputantur à die datæ.

 fieri,

2 fieri, tempus regulæ impedito † non debet currere, sed incipere à die, qua publicare valet,* arg.l.1.in fin.C.de annal.except. & l.si in diem, in princ. de cond. & demonstr. & l.cum notissimi, C.de præscript. 30. ann. & Spec. tit. de locato, §. Nunc aliqua, num.52.vers.41. & per Doct.in c.ex transmissa de præscript. facit, quod notat Oldrad. cons.203.quæst.2.

* Caputaqu. decis.73 li.2 Gamel. super hac reg. q.13.

EPITOME.

Regula de publicandis resignationibus vtrum habeat locum quando primus resignatarius ante mortem resignantis in alium resignauit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio regulæ de publican. resignationibus.*

2 *Ius licèt in certum euentum reuocabile habens, potest alteri resignare, & talis resignatarius illud irreuocabiliter capit.*

3 *Homicida licet beneficio sit priuandus; illud tamen interim ante priuationem resignare potest.*

4 *Noua prouisio excusat ab vlteriori publicatione, & diligentijs.*

5 *Reg. de Annali non habet locum in eo, qui infra annum possessorem ad iudicium vocauit, & postea resignauit.*

6 *Prouisio Papæ facit ius reuocabile, perpetuum & irreuocabile.*

DECISIO VI. aliàs 226.

FVit dubitatū in vna Toletana præstimonij coram D. Aragonia,* vtrum regula de publicandis resignationibus vendicet sibi locum, quando primus resignatarius ante mortem resignantis in alium resignauit: & li-
1 cèt videretur idem etiam in isto casu dicendum, attenta † ratione regulæ .s. ne ordinarij, & expectantes, & ignorantes resignationem frustra conferant, vel acceptent, & exinde lites, & iniuriæ oriantur, & alia forsan ratione, quia quotidie quilibet libenter resignaret, sciens hoc non publicari, & omnino vita sua durante eum in possessione remanere, & beneficio gaudere vellet, quæ inconuenientia, & fraudes, superiori etiam casu militare videntur, & etiam quia regula resignationem annullat, & omnia inde secuta, & sic quascunque postea secutas resignationes, aliàs enim in fraudem regulæ, ne ad eius obseruationem quis teneretur, secundo loco resignaret: Tamen his non obstantibus maior pars DD.tenuit locum non habere, quia cùm durante tempore ad publicandum scilicet viuente primo resignante, & sic antequam ius resignatarij esset resolutum, ipse alteri resignet, certum est ius omne transire in secundum, vnde nec primus resignatarius publicare tenetur, quia non habet amplius se in beneficio intromittere, (est enim mortuus ciuiliter) nec secundus, quia ad hoc per regulam non adstringitur, quæ loquitur de publicanda resignatione sibi
2 facta, non de alterius resignatione. Nec mirum quòd habens ius, † licèt reuocabile, licèt in certum euentum, possit illud alteri resignare, & resignatarius illud irreuocabiliter capiat, ad not.per Oldrad.in conf.203. q.1.

* Est iter deci. Arago 11. meminit. Gomes. eā probaus super reg. de publican.q.1 Caputaq. d.35. lib.1. impress.

3 q. 1. vt etiam in homicida videmus ✝ qui licèt priuandus sit beneficio, illud tamen interim ante priuationem resignare * potest ad not. in c. cum nostris per Doct. de concess. præbend. Vnde & aliàs Rota tenuit, quòd
4 ✝ impetrans beneficium per annum ante pacificè possessum, qui vigore regulæ tenetur infra sex menses possessorem ad iudicium euocari facere, causamq. infra annum expedire possit, postquam possessorem vocauit, ante annum alteri resignare, nec ipse, qui nullum ius amplius habet, causam exinde prosequi teneatur, nec resignatarius, qui tempore suæ impetrationis aliquem pacificè possidere non inuenerit, & quando Papa
5 ✝ prouidet, facit ius reuocabile, perpetuum, & irreuocabile, sicut dici-
6 mus in noua ✝ prouisione, quæ excusat ab vlteriori publicatione, & diligentiis, ad Rom. cons. 433.

*De quo Felyn c. inquisitionis de accus. Put. dec. 233. lib. 2. Homicidæ aût beneficiû resignari nô pôt. Abb. c. 2. de rescript. Aufrer. deci. 207.

EPITOME.

Triennalis possessor (iuxta alleg. Lapi) non dicitur qui ante triennium resignauit, si per triennium non possedit, quamuis post triennium consensus præstitus fuerit, nec ad id probandum remissoria conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus datæ supplicationis non præstiti consensus attenditur.*
2 *Procurator etiam post mortem resignantis consentit.*
3 *Consensus cur præstetur.*
4 *Allegatio Lapi 89. requirit triennalem poss. post resignationem, ideò non habet locum quando possessor medio tempore resignauit.*

DECISIO VII. aliàs 36.

Martinus à Portugallia orator Regis, qui per duas sententias fuerat condemnatus, in tertia instantia petebat remissoriam coram D. Camillo de Ballionibus in causa Columbrien. Prioratus, volens probare quòd auctor suus, qui sibi resignauerat, fuerat triennalis possessor, ad alleg. Lap. 89.* ex aduerso autem dicebatur quòd ante triennium completum ille resignauerat, & sic fuerat signata supplicatio, & licèt consensus
1 fuerit præstitus post triennium, tamen non debet attendi illud ✝ tempus, sed tempus datæ supplicationis, ad quod retrotrahitur. vnde ex ista ra-
2 tione videmus quòd Rota tenet, quòd procurator etiam ✝ post mortem resignantis potest consentire, * ergo est dicendum quòd resignatio sumit vires à die datæ supplicationis, non autem à die præstiti consensus; præ-
3 statio ✝ enim consensus fit tantùm, vt probetur supplicationem fuisse porrectam, etiam per resignantem, vt in supplicatione narratur, & sic quòd etiam tunc aderat consensus. Nec obstat quòd licèt resignauerit ante triennium, tamen institit in possessione, idest detentatione, quia non stetit triennio post resignationem, vt requiritur secundùm alleg. Lap.
4 aliàs sequeretur, quòd alleg. Lap. ✝ quæ requirit triennium post resignationem, vt nouus titulus præsumatur, non esset vera, quia immò sufficeret

*Huic alleg. hodie nô est locus stante Côstit. Greg. XIII. 87. de public. resig.

*Mohed. decis. 28. & 31. hoc tit. Cassad. dec. 1 eo. tit. Put. decis. 83. lib. 1. & est côis, & de stylo seruatur.

ret annus, vel mensis, dummodo ante resignationem stetisset per tantum tempus, quod perficeret triennium, quod tamen est falsum, allegatio ergo Lapi non habet locum quando triennalis possessor medio tempore resignasset, & ita Domini fuerunt pro non danda remissoria, & pro confirmatione duarum.

E P I T O M E.

Resignatio nulla est, si mandatum habens ad resignandum cum reseruatione omnium fructuum, vel simpliciter, resignet cum reseruatione medietatis, si resignatarius ante obitum resignantis non consentit.

S V M M A R I V M.

1 *Resignatio si sit nulla, beneficium ex resignatione non dicitur vacare.*

2 *Procurator ad resignandum simpliciter, non potest cõditionaliter resignare.*

3 *Conditione non impleta ante mortem resignantis, beneficium resignatum dicitur vacare per obitum.*

4 *Procurator potest conditionem domini facere meliorem.*

D E C I S I O VIII. aliàs 37.

PRocurator qui habebat in mandato, vt resignaret cum reseruatione omnium fructuum, quatenus haberi possit, aliàs liberè, & simpliciter, quia Papa tunc non dabat reseruationem omnium fructuum, resignauit cum reseruatione medietatis fructuum: antequam autem resignatarius consenserit prædictæ reseruationi, & antequam daret mandatum ad consentiendum, obijt resignans, postmodum resignatarius consensit, dicebatur
1 beneficium † non vacare per resignationẽ ex defectu potestatis procuratoris, quia fuerat à domino datum in mandatis, vt, aut cum reseruatione omnium fructuum, aut simpliciter resignaret, hoc autem cũ reseruatione medietatis fructuum erat contra mandatum, ad l. diligenter, ff. mandat. & c. cui de non sacerdotali de præb. in 6. Secundò, quia dato quòd mandatum esset ad hoc sufficiens, tamen resignauit cum reserua-
2 tione medietatis fructuum, & sic † conditionaliter, ad l. quicunque, §. vlt. de verb. oblig. & per Bart. in l. 1. de cond. & demonstr. cùm autem dicta
3 conditio non sit impleta ante † mortem resignantis, quia requirebatur consensus resignatarij, dicendum est beneficium vacasse per obitum, & hæc ratio satis mouit DD. quia de prima, an mandatum prædictum fuisset sufficiens, non fuit plenè discussum, quia secunda ratio sufficiebat. Nam secundùm aliquos, ex quo procurator poterat resignare simpliciter,
4 bene potuit faciendo † conditionem domini meliorem, resignare reseruata medietate fructuum, ad l. si quis mihi, §. sed si mandauit, ff. de acqui. hæred. & ibi Doct. & in l. vlt. §. vlt. cum ibi not. ff. mand. & hoc in vna Mantuana canonicatus, & præbendæ coram D. Ludouico Gomesio.

E P I T O M E.

Resignatarius, etiam porrecta supplicatione in vita resignantis, non potest post illius mortem consentire regressui, vel fructuum reseruationi, etiam si procurator resignantis sub tali conditione consenserit.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Resignante mortuo res non est amplius integra, vt aliquid sibi acquiri possit.*

DECISIO IX. aliàs 229.

RESignatarius non potest consentire regressui, vel fructuum reseruationi post mortem resignantis, quando in supplicatione porrecta in vita illius, erat talis reseruatio, ac procurator resignantis sub tali conditione consenserit, quia mortuo resignante, res non est integra, quòd sibi amplius regressus, vel reseruatio fructuum acquiri possit, [ad id quod superiori decis. tentum est,] & hoc in vna Bracharen. vicariæ, coram D. Pisaurienf. vbi etiam de mandato procuratoris consentientis sub conditione non apparebat .s. de tenore, licèt de productione in Cancellaria constaret, sed fuit dictum, quòd Aut mandatum erat eo modo conditionale, prout procurator consenserat, & bene, quia conditio (vt dixi) non fuit in vita, & extremo existente habili adimpleta, Aut erat purum, & tunc quia videtur procuratorem conditionem domini facere posse meliorem, poterat ei fructuum reseruationem, & regressum acquirere, (ad id quod in eadem decis. superiori dictum est) & aliàs resignare, & pro domino consentire resignationi non intendebat.

EPITOME.

Regulæ de publicandis resignationibus non satisfit per reseruationem fructuum, quando beneficium est simplex sine residentia.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio ciuilis per reseruationem fructuum transfertur in resignatarium.*
2 *Regula de publicandis &c. requirit actualem possessionem, ac etiam publicationem ad effectum notitiæ expectantium, & Ordinariorum.*
3 *Regula de publicand. emanauit ad tollendas fraudes.*
4 *Regula de publicand. extendit se ad beneficia non curata.*

DECISIO X. aliàs 59. lib. 2.

REgulæ de publicandis resignationibus,* quando beneficium est simplex, & aliquam residentiam non requirit, non satisfit per reseruationem fructuum, prout tentum fuit in vna Abulen. præstimonij coram *Idē Gomes. qui alias decis. refert. super hac reg. q. 2.
1 D. Aquensi. quia licèt possessio † ciuilis per talem reseruationem in resignatarium transferretur, iuxtà l. quisquis, C. de donat. (de quo tamen vidi per Dominos aliàs satis dubitari) non tamen esset talis, quæ menti
2 regulæ satisfaceret, cùm actualem † possessionem requirere videatur, ac etiam publicationem ad effectum notitiæ expectantium, & Ordinariorum, quæ tantùm per naturalem possessionem adimpletur, aliter enim
3 fraus (ad quam tollendam † fuit regula emanata,) non euitaretur, nec potest

potest culpam suam euitare resignatarius, ex quò licèt fructus possit propria auctoritate percipere resignans, poterat tamen ipse saltem tituli possessionem accipere, etiam quòd residentiã non requireret, aliàs enim
4 necesse foret dictam regulam ad curata † tantùm beneficia restringere, quod fatuum esset dicere.

EPITOME.

Regula de annali habet locum in impetratione per obitum, per resignationem, & quouis alio modo expresso, quo beneficium vacet.

SVMMARIVM.

1 *Obitus, & resignatio dicuntur certè modi vacandi.*

DECISIO XI. aliàs 35.

* Vide Gomes. super hac reg. q 61 Cassad. super eadẽ dec. 15. Caputaq. lib. 3. decis. 20. impress.

QVanquam regula de annali * loquatur de beneficio, quod certo modo vacare prætenditur, & secundùm aliquos debeamus intelligere de certo modo non expresso, & quando in impetratione dicitur propriè per ista verba tantùm, certò modo vacare, nihilominus Rota tenet, vt habeat locum etiam in impetratione per obitum, vel per resignationem,
1 vel alio modo expresso, quia & obitus † & resignatio dicitur certus modus vacandi.

EPITOME.

Regula de viginti diebus habet locum etiam in resignantibus extra Curiam.

DECISIO XII. aliàs 61.

*Idẽ Cassad. super hac reg. decis. 31 Gomes. q. 26.

REgula de viginti diebus habet locum etiam in resignationibus extra Curiam * secundum Rotam, licèt contrarium dicat Dec. cons. 224.

EPITOME.

Regula de annali vtrum habeat locum respectu resignantis.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali est facta in odium illorum, qui molestant annales possessores.*

2 *Resignans possidens, contra secundum resignantem, vel 2. resignatarium non potest se iuuare detentatione, secus contra tertium impetrantem.*

3 *Reg. de annali non procedit, quando resignans reseruauit sibi fructus, & eos percepit.*

DECISIO XIII.

*Nõ est Crescentij, sed habetur in impress. Caputaq. lib. 3.

REgula de annali * non habet locum respectu resignantis quando resi-
1 gnans est in possessione, quia regula est facta in odium † illorum, qui molestabant annales possessores. Sarnen. in reg. de ann. q. 56. vbi refert aliàs fuisse decisum, secus est quando resignans vult se defendere regula contra

2 contra † impetrantem per obitum resignatarij, quia tunc potest, vt refert Sarnen. in d.reg.q.57. ratio, quia resignans contra secundum resignãtem, vel secundum resignatarium non potest se iuuare de tali detentatione Cassa.decis.4.de rest.spol. ideo respectu resignatarij talis detentatio non est alicuius effectus, secus respectu tertij, contra quem potest agere spolio: est alia ratio, quia resignans reseruauit sibi omnes fructus, quos post-
3 modum percepit per plures annos, nec † propterea procedit regula de annali. Sarnen. d. reg. q.60. & ita fuit tentum die 13. Maij 1552. coram D.Aug.in vna Placcn.parochialis de Valuerde prout in eius libro fol.174.

decis.19. facit decis. Mohed 19 de rest. spol. in impress.

EPITOME.

Regula de annali non procedit quando resignans non capit beneficium vigore resignationis, sed vigore clausularum regularium dependentium ab ipsa resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Reg. de annali quando non procedit in principali, nec etiam in accessorio.*
2 *Actus a principali intentione iudicatur.*
3 *Resignans amittit ius & possessionem in fauorem resignatarij, quomodocunque resignatarius capiat beneficium, & num. 4.*
4 *Subrogatio in iure, & possessione resignantis aequipollet possessionis assecutioni.*
5 *Regula de annali non habet locum quando quis subrogatur in ius resignantis, & eius possessionem.*

DECISIO XIV.

Haec decisio non est Crescentij, sed Caputaq. vt praecedens.

Regula de annali non procedit quando resignatarius non capit beneficium vigore resignationis, sed clausularum regularium, * quae sunt incidentes, & dependentes ab ipsa resignatione, & de consensu resignantis, & quemadmodum fuit resolutum quod non procedit in causa princi-
1 pali, ita † non procedit in accessorijs, quia militat eadẽ ratio, ergo idem ius est statuendum, l.illud, ff.ad l.Aquil.l.à Titio, ff.de verb.oblig. & licèt Rodericus capiat beneficium per clausulas generales, tamen principalis, & originalis gratia est per cessionem cum subrogatione iuris, & possessio
2 nis, clausulas verò generales Papa concessit in consequentiam, sed † actus à principali intentione regulatur, & iudicatur, l.verum, ff.de furt.& attenditur id, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam l. si quis nec causam, vbi omnes, ff. si cert.pet. Praeterea ista ratio semper militat,
3 quòd cum resignans voluerit † ius & possessionem amittere in fauorem resignatarij. Rota decis.67.al.2. de renunc. in antiq. Lap. alleg.24. Abb. & alij in c. solicitè, de rest.spol. non debet posse se iuuare possessione annali, quam facto suo voluit amittere ad fauorem resignatarij, siue resi-
4 gnatarius capiat beneficium † per resignationem, siue per alium modum.

*Secus in capiẽte vigore clausularum generalium, quia regula procedit Caputaq. decis. 20.lib.3.impress.

Socin.

Socin. in l.rem quæ nobis, in 3.q.princip. de acquir. poss. Rip. In c. sæpè, num.7. de rest. spol. Similiter confirmatur decisio, attenta subrogatione
5 † in iure, & possessione resignantis, propterea perinde habetur, ac si fuisset possessionem consecutus. Cassad.decis.1. vt lit.pend. & reg. de annali
6 † non habet locum, quando quis subrogatur in ius resignantis, & eius possessionem. Sarnen. q.56. & 57. in d. reg. de annali, nec in casu isto habetur in consideratione detentatio resignantis, siue resignatarius capiat beneficium per clausulas generales, siue per resignationem. Cassad.decis. 4.de rest. spol. & quia secundus resignatarius, qui habet clausulam cum subrogatione ad possessionem Didaci iunioris, timens, Bullas expediet cum subrogatione Didaci senioris, & ita consueuerunt facere Abbreuiatores, & fuit tentum in vna Placentina de Valuerde die 30. Maij 1552. coram D. Antonio Augustino, vt in eius libro fol. 205.

EPITOME.

Regula de extenden. consensibus annulans resignationes, intelligitur annullare consensus, non supplicationem.

SVMMARIVM.

1 *Regula de extenden. consensibus est pœnalis.*
2 *Resignationes appellantur consensus in regula de extenden. consensibus.*

DECISIO XV. aliàs 209.

Hæc decisio fuerat in alia impressione omissa, nos eam restituimus.

Regula de extenden. consensus à tergo supplicationis positos, quæ aliàs annullat resignationes, fuit secundùm DD. in vna Placen. Archidiaconatus de Trugillo coram me intellecta, & interpretata, quòd annullat resignationes, idest consensus præstitos, ita vt amplius extendi non valeant, nec illorum vigore vacet beneficium per resignationem, non autem quòd annullet supplicationẽ, super qua fuerat consensus præstitus, ita quod super eadem non possit nouus consensus præstari, & in tempore
1 regulæ extendi, vt dictam † regulam pœnalem magis strictè, quàm possibile sit interpretemur, & quia hoc etiam de mente ipsius regulæ videtur,
2 quòd resignationes appellet † consensus, dum dicit resignationes à tergo supplicationis positas.

Decis. 16. est 2. de rest. spol.
Decis. 17. est 1. de concess. præben.
Decis. 18. est 5. de procur.
Decis. 19. est 8. de procur.
Decis. 20. est 9. de procur.

DE OFFICIO VICARII.

EPITOME.

Vicarij literæ, in quibus dat licentiam N. suscipiendi primam tonsurã, & quatuor minores Ordines extra diœcesim, non obstan. defectu natalium, super quo secum dispensasse asserit, An valeant, si de eius Vicariatu aliter non constat, quàm per communem reputationem.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Vicariatum negatum sufficit probare per communem reputationem.*
2 *Collatio ordinis requirit speciale mandatum.*
3 *L. Barbarius, non procedit in spiritualibus.*
4 *Ordinandi licentia non est ordinare, nec quid spirituale.*
Vicarius an, & quando de Episcopi licentia facere præsumatur.
5 *Vicarius, absente Episcopo, potest dare licentiam ordinandi.*
6 *Ordinario quando non credatur in his quæ spectant ad officium suum.*
7 *Collatio ordinum est modici præiudicij.*
8 *Verbis ordinarij attestatiuis, & enunciatiuis de præterito creditur in casu vt hic.*
9 *Licentia clericandi non potest dari, nec clericari, nisi priùs dispensato super defectu natalium.*
10 *Validitas actus facit præsumere quid momento factum.*
11 *Verba enunciatiua prolata per modum causæ disponunt.*
12 *Promouens inhabilem quando censeatur secum dispensare.*
13 *Dispensatio requirit causæ cognitionem.*
14 *Vicarius quando ordinaria, vel delegata auctoritate facere censeatur.*
15 *Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in his, quæ veniunt in generali concessione.*

D E C I S I O I. aliàs 178.

Hæc decisio in prima impressione fuerat posita XV. in tit. de probat. Sed huc, vbi meliùs cadit, transtulimus, suo etiam loco, in tit. de decimis, posita alia hinc sublata, vbi incompetenter aliàs posita fuerat.

VIcarius, de cuius vicariatu, & mandato non constabat, & quod præsumi non videbatur, ad not. per Bald. in l. 2. C. de reb. alien. nō alien.
1 (licèt in vicariatu videatur secùs, vt quādo negetur, sufficiat probari † per communem reputationem * ad decis. 499. al. 4. de off. ordin. in antiq. Felyn. in c. sicut, de re iud.) dederat literas vni defectum natalium patienti,
„ dicendo, postquàm tecum hodie auctoritate ordinaria, vt ad primā ton-
„ suram, & quatuor minores ordines, non obstante natalium defectu, dis-
„ pensauimus, vt clericali caractere extra diœcesim insigniri valeas, licen-
„ tiam impartimur, coram D. Ioanne Clerici in vna Cæsaraugustana portionis, fuit de validitate talium literarum dubitatum: Et primò, quia, cùm vt dixi non probaretur vicariatus, non videbatur sufficere commu-
2 nis reputatio probata, quia ordines † conferre requirit speciale mandatum, ad c. cum nullus, de temp. ord. lib. 6. & licèt probaretur talem Vicarium talia solitum facere, & pro habente facultatem talia faciendi communiter reputatum, ad l. Barbarius, ff. de off. Prætor. Tamen hoc non videbatur habere locum in spiritualibus * vt per Innoc. in c. nihil. de elect. & Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua, per Ias. in d. l. Barbarius, col. 14. vers. quarto

* De probatione Vicariatus latè Mascard. cō clus. 1405. de illegitimatis & dispensationis super ea probatione. Vide Put. dec. 359. li. 1 Acorāb. dec. 21. lib. 1. Peregr. dec. 54. li. 2. Mohed. decis. 21. de renunciat.

* De quo latè Gabr. cōc. 8. de probat. in 10. limit. num. 34.

quarto limita: Hoc tamen plenè non discusso, Domini dixerunt, quòd
3 dare licentiam † ordinandi non est ordinare, nec quid spirituale: vnde communis reputatio sufficere videbatur, ad dictam decis. 499. Item quia,
4 Aut Episcopus erat præsens † quando Vicarius talia faciebat, & tunc quia palàm, & publicè pro habente auctoritatē reputabatur, & sic sciente Episcopo, arg. glo. in l. pen. C. de peric. tut. & c. nulli de elect. in 6. & Card. in Clem. 1. de for. compet. & est tex. in clem. 1. in fin. de concess. præben. & Bald. in l. quicunque, in princ. C. de seruis fugit. præsumatur delegationem, & mandatum præcessisse, arg. l. 1. §. magistrū, ff. de exercit. & per Bald. in l. 2. C. de sent. & Ias. in d. l. Barbarius xj. col. num. 53. Aut Episcopus
5 erat absens, & tunc Vicarius generalis † potest talem licentiam tribuere, ad d. c. cum nullus, §. 1. & eò magis, quia secundùm glos. ibi in verb. remotis; hodie omnes Vicarij, etiam præsentibus Episcopis, ista facere possunt. * Secundò dicebatur quod dispensatio talis, vt clericari possit, non videbatur probari ex illis verbis enunciatiuis de præterito, ibi postquam;
6 quia etiam in his quæ spectant ad officium suum † non creditur ordinario, vel officiali, nisi quando omnia, & singula narrata eodem tempore, & contextu interuenerint, ad decis. 397. al. 16. de probatio. in antiq. & 22. al. primam, eo. tit. in nou. per not. per Innoc. in c. quoniam contra. de probat. Tamen quia agitur de conferendis ordinibus, quod est modici
7 † præiudicij, Domini tenuerunt, talibus verbis, etiā de præterito, debere credi, ad not. per Doct. & Abb. in c. post cessionem, de probat. qui licèt
8 loquatur in verbis attestatiuis † de præterito, tamen idem in enunciatiuis tenet Bald. ibi. & Felyn. quando illud de præterito est antecedens, & consecutiuum ad illud, quod de præsenti ponitur, vt in casu superiori, quia
9 dari non † poterat licentia clericandi, nec clericari, nisi prius fuisset dispensatum. Item quia cùm in talibus literis diceretur: hodie dispensauimus, quod potest intelligi etiam eodem momento, hoc in dubio præsu-
10 mamus, pro actus † validitate, vt per Imol. in proposito in d. c. post ces-
11 sionem, num. 5. Item quia verba enunciatiua prolata per modum † causæ, vt in casu nostro, disponunt, ad not. per Bart. & Doct. in l. ex hac scriptura, ff. de donat. & in clem. 1. de probat. Et tantò magis, quia præsupponendo talem Vicarium habuisse facultatem dispensandi, dando scièter
12 † inhabili facultatem clericandi, videtur cum eo dispensasse, ad not. in c. veniens de fil. presbyt. (Quod tamen an sit verum, & an procedat in in-
13 feriore à Papa, vel Imperatore, & maximè in dispensatione, quæ † videtur requirere causæ cognitionem, ad c. & si illa, 1. q. 7. & c. ex tenore, de tempor. ord. Vide not. per Doct. in d. c. veniens, & in l. quidam consulebant, ff. de re iudic. & latè per Ias. in d. l. Barbarius, in 3. col.) Tertiò, quia cum diceretur in literis: auctoritate ordinaria dispensauimus, & sine speciali mandato talia Vicarius non agat, ad d. c. cum nullus, videbatur in eo delegatus, ad not. in c. 2. de consuet. & decis. 371. al. 7. de off. vicar. in
14 nou. licèt in his, quæ veniunt sub generali † concessione habeat iurisdictionē ordinariam, * vt per Decium in c. dilecti, l'vltimo de appell. Vnde

* Vide modernos itra. de Vicar. Episc. q. 41. lib. 2.

* Vide latè Modern. ī d. tract. de Vicar. Episc. q. 59. lib. 2. vbi n 9. testātur de com. opi.

cùm

cùm tantùm ex delegata iurisdictione facere poterat, & dixit quòd fecit ex ordinaria, videbatur actus inualidus ad not. per Doct. in c.cum ex of-
15 ficij, de præscrip. Et in hoc, quia videtur distinguendum † An tali Vicario fuerit simul data iurisdictio generalis, etiam in casu in quo speciale requirebatur mandatum, & isto casu ordinaria dicatur in omnibus, vt magis dignũ trahat ad se minus dignum, ad c.quod in dubijs de consecr. eccl. vel altar. vt vniformis sit intellectus vnius auctoritatis, ad §. finis, vers.vt ergo, de pœniten.dist.4. An verò separatim, & tunc delegata censeatur, ad not. per Io.Andr. qui ita distinguit in add. ad Spec. in rubr. de off. Vicar.vers.dubitari videtur. de quo latè per Gemin.& Philipp. in c.2. eod.tit.lib.6. Maior pars Dominorum, (quia in casu superiori eramus in dubio, An eodem contextu, vel diuisim esset Vicario data facultas, ex quo per testes tantùm, qui talia viderant illum exercere, & ex communi reputatione probabatur) fuerunt pro actus validitate, ad iura vulg. vt censeatur potius data eodem contextu, & sic quòd sit ordinaria, secundùm quòd Vicarius ex tali iurisdictione se dispensasse attestabatur. Fuit tamen dictum, quòd meliùs informaretur, ex quo super hoc puncto nihil dixerunt aduocati, quod tamen factum non fuit. Facit tamen pro eo, quod supra dictũ est, quod notat Gemin. referendo Innoc. in c.cum in illis, §.cum autem, col. 2. de præbend. in 6. per c. Abbate de verb. signific. cum similibus.

DE OFFICIO, ET POTESTATE IVDICIS DELEGATI.

EPITOME.

Collector potest substituere subcollectorem.

SVMMARIVM.

1 *Industria personæ quando videatur electa, ita vt non possit subdelegari, num. 3. & 4.*
2 *Clausula: Contradicentes compescendo; dicitur iurisdictionis.*
3 *Negotiorum gestor potest de iure substituere, fallit. num. 5.*

DECISIO I. aliàs 66.

1 AN collector † non data ei aliàs potestate substituendi, possit substituere subcollectorem, maximè quia in collectoria erant ista verba.
2 [Confidentes quòd ea quæ † tibi iniungimus, fideliter exequeris] quo casu videtur electa industria personæ, ideo &c. ad c.vlt. §.1. de off. deleg. & ita per hanc rationem videtur tenere Bellinzin. in tract. de subsid.charit.q.106. in fine. propter verba: Confidentes de fide tua. Præterea secundùm me collectori mandatum est nudum ministerium facti, quo casu cessat potestas subdelegandi, ad d.c.vlt.§.vlt. Nec obstat clausula. [Con-
3 tradictores † compescendo *] quæ dicitur iurisdictionis, & sic videtur transire in subdelegatum, secundum Innoc. & Abb. in c. ex literis, de off. deleg.

* De hac clausula, vide Oldr.cõs 81. Rom. cons. 482. Abb.c.

proillorum, n.9. de pben. & in c. quæsiti, de verb. signif. Card. clem. 2. §. cō tradictores & relig. dom. Felyn. c. cām quæ, n. 19. de rescr. & c. super eod. col. fin. de off. deleg.

* Aymon. conf. 303. num. 3.

deleg. quia ob id non facit, quòd ad illud ministeriū, quod est delegatum, possit subdelegare, vt in d. c. ex literis. Et licèt decisio nostra 265. al. 9. de off. deleg. in nou. teneat, quòd ex eo, quia collector dicitur negociorum
4 gestor Cameræ Apostolicæ, possit de iure ✝ substituere, ad c. 1. de procur. in 6. Tamen secundùm Bart. in l. pen. §. 1. de diu. & temp. præscrip. etiam
5 negotiorum gestor, per illum tex. quando est electa ✝ industria personæ,
6 non potest substituere, & dicitur secundum eum, tunc electa ✝ industria personæ, quando non est data certa forma,* puta ad emendum pro tanto, sed simpliciter, & in genere, ad c. is cui, de off. deleg. in 6. & ita videtur in casu nostro. Tamen his non obstantibus, maior pars Dominorum voluit
7 ✝ collectorem posse substituere, propter dictam decis. & rationem ibi positam, quia non esset collector deputatus in vna prouincia, si non posset alium substituere, & nimis negotium differretur, & protenderetur, & contingente infirmitate, vel alio impedimento protelaretur. Et hoc in vna Astensi canonicatus, & præbend. coram D. Ludouico.

EPITOME.

Prouisio facta à subexecutore, cum clausula, visis literis Apostolicis, valet.

SVMMARIVM.

1 *Executor gratiæ Apostolicæ non potest conferre, vel prouidere, nisi præsententur literæ suæ facultatis.*
2 *Prouisio subexecutoris dicentis: visis literis Apostolicis, est valida, etiam si non dicatur de processu fulminato.*
3 *Literæ Apostolicæ extra Italiam quæ dicantur.*
4 *Verba sunt intelligenda secundùm consuetudinem proferentis, & consuetudinem regionis ad validitatem actus.*

DECISIO II. aliàs 87.

1 Executor gratiæ ✝ Apostolicæ licèt non possit conferre, vel prouidere, nisi sibi præsententur literæ suæ facultatis, ad c. cum in iure peritus, de off. deleg. & c. vt debitus, de appell. ad decis. 703. al. 4. de off. deleg. in
2 antiq. Si tamen subexecutor dicat ✝ quòd Visis literis Apostolicis, gratiam expectatiuam in se continentibus, prouidit, Domini habuerunt prouisionem pro valida, & sic quòd, vt actus valeat, intelligatur de processu fulminato, in quo gratia expectatiua continetur; & quia extra Italiam
3 ✝ quamcunque Bullam, etiam non plumbatam, quæ veniat de Romana Curia, & etiam citationes nostras sub nostro sigillo, vocant literas Apo-
4 stolicas, ideo ad validitatem actus, verba sunt intelligenda ✝ secundùm consuetudinem proferentis, l. si seruus plurium, §. vlt. de leg. 2. & ex consuetudine regionis, l. cum delationis, §. asinam, de fund. instruc. l. librorum, §. quod tamen, de leg. primo. Et hoc in vna Gebennen. parochialis coram D. Nicolao Piccolomineo.

EPITOME.

Fatalium prorogatio vigore Innocentianæ potest fieri à Rota, quoties sibi videtur, etiam sine partis citatione.

SVMMARIVM.

1 *Fatalium prorogatio non potest fieri de iure communi, datur tamen a Rota.*
2 *Verba: Prout visum fuerit, videntur requirere arbitrium boni viri, & causa cognitionem.*
3 *Dilationis prorogatio causa cognitionem de iure communi requirit, & sic partis citationem.*
4 *Citatio partis non est necessaria, vbi non competit illi defensio.*

DECISIO III. aliàs 231.

1 PRorogatio fatalium † licèt non possit fieri de iure communi per Iudicem, ad not. in clem. sicut de appell. Nos tamen vigore Innocentianæ,* quoties nobis visum fuerit, hoc facere valemus. Videbatur autem in ea partis citationem requiri, ad vulg.l.de vnoquoque, de re iud. vt minus iuri communi deroget, ad c. cum dilectus, de consuet. & quia illa
2 verba: prout visum fuerit; † arbitriū boni viri, & sic causæ cognitionem requirere videntur, ad l. in causæ,la prima,§.causa enim cognita,ff.de minorib. iuncta l. fideicommissa,§.quanquam,de leg.3.per Doct. in c. 1. de
3 const. & tantò magis dilationis prorogatio † causæ cognitionem deberet requirere, quia sic etiam est de iure communi, ad l. fin. de fer. & l. à procedente,C.de dilat. & sic sine partis citatione non valere, vt videtur sentire Bald.in l.1. C.quomodo & quand. iud. col. pen. & Fed. in cons. 289. Quibus tamen non obstantibus, Domini in vna Venetiarum matrimonij
4 coram me tenuerunt, etiam parte non citata † fatalium prorogationem valere, cùm passim nos illam concedamus, nec partium reclamationem audimus, cum ea etiam inuita, & contradicente, quotidie detur: Ideo
5 cum parti defensio † non competat, eius citatio non est de iure necessaria, ad not. per Doct. & Ias. in l. ne quicquam,§.vbi decretum,col.3.vers. 2.lim.de off.Proconf. & leg. & Abb. in c. ex insinuatione, circa fin. de appel. & Felyn.in c.Ecclesia S. Mariæ, num.20. vers. tertio limita, de const, & Abb. & Felyn. in c. cum olim, n.11.de re iud. & ita Rota aliàs tenuit.

*Facit decis. Cassad 7. de appell.pract. Vestr. lib. 7. c. fin. nu.13. & seq.

DE PACTIS.

EPITOME.

Pacta tendentia ad cultum diuinum, confirmata per Papam ad supplicationem partium, etiam quòd vna pars obstet, & contradicat, altera ad obseruantiam tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Statuentes, vel facientes actum postea confirmatū à Sede Apostolica, possunt sine alio superioris cōsēsu recedere ab eo. quod tripliciter limitatur. vt n. 3.*

2 *L. si quis maior, habet locum de iur. can. etiam si iuramentum non interuenit.*

DECISIO I. aliàs 186.

1 Confirmatio Papæ ✝ ad supplicationem partium super pactis aliàs de se inualidis, & tendentibus ad cultum diuinum, operatur, quòd vna ex partibus non obseruante, vel contraueniente, alia nihilominus ad obseruantiam teneatur, posito etiam quòd pœna, l. si quis maior, C. de transact. locum habeat de iure canonico; * & quando etiam non interuenit iuramentum, vt in vna Neapolitana reductionis numeri monachorum coram me, vbi commendatarius monasterij B. Mariæ de Cappellis Ordinis S. Benedicti, vt cultus diuinus augmentaretur, & seruarentur in suo monasterio pacta quædam, quæ cum congregatione, & monachis Montis Oliueti iniuit, quòd scilicet dicta congregatio duodecim monachos, & duos conuersos in dicto monasterio alere, & manutenere teneretur, qui inibi diuina officia, & missas celebrarent, promittens ipse idem monasterium cum horto, & alijs accessorijs eis relaxare, ac censum 300. ducatorum, quolibet anno soluendorum, eisdem assignare: Vnde prætendens cursu temporis dictam congregationem pacta non obseruasse, & per consequens se ad aliud non teneri amplius, repetebat monasterium cum accessorijs, & alijs, & declarari dicta pacta, & confirmationem Apostolicam inde secutam irritari, ac annullari. In qua Domini fuerunt in fauorem congregationis, pro absolutoria, & canonizatoria pactorum, & confir-
2 mationis, non obstante regula quæ habet, quòd statuentes, ✝ vel facientes actum confirmatum postea à Sede Apostolica, possint sine alio superioris consensu recedere, ad not. per Bart. in l. omnes populi, de iust. & iur. Bald. Fulg. & Paul. de Castr. in l. omnium, C. de test. Bald. in l. ex placito, C. de rer. permut. Abb. in c. dilecto, per illum tex. à contrario sensu, de præbend.
3 quia tres ✝ videtur habere declarationes, seu limitationes quarum quælibet in casu nostro militare videtur. Primò, quando confirmatio erat necessaria, vt hic, quia tunc per regulam in auth. E contra si filijsfamilias, C. de repud. cum simil. non potest sine superioris confirmantis beneplacito recedi, arg. not. per Bald. in c. cũ omnes, de const. & in c. decernimus, de Iud. & in d. l. ex placito. Secundò, quia actus tendit ad cultum diuinum, ad not. per Innocen. in c. accedentibus, quod legit. cum c. cum olim, num. 7. de priuileg. & Angel. in d. l. omnium. Tertiò, quando verba confirmantis sonarent in præceptum, vt in casu nostro, vbi Papa ad obseruantiam vtranque partem cogi, & compelli posse decernebat, arg. d. l. omnium, à contrario sensu, vt per Dec. in c. cum accessissent, col. 2. de cõst. de quibus omnibus vide late Abb. Felyn. & Dec. in d. c. cũ accessissent.

* Grat. cons. 93. col. pen. lib. 1.

DE PROCVRATORIBVS.

EPITOME.

Ratificatio inducitur per actum concernentem executionem promissionis.

DECI-

DECISIO I. aliàs 54.

ASserti Syndici, & procuratores communitatis Ciuitatis Theatinæ, promiserunt nomine communitatis dare singulis annis 300. ducatos Episcopo, & augere redditus mensæ Episcopalis, si erigeretur in Archiepiscopalem, prout fuit erecta. Communitas postea pluries conuocato concilio, quæsiuit modum soluendi dictam summam, Ex hoc Domini voluerunt, quòd, quia egerunt actum pro executione contractus peracti eorum nomine, videantur ratificare; * ad l. indebitum, cum ibi not. C. de cond. indeb. facit Decis. prima, de procur. in nou. Dec. in l. semper qui non prohibet, col. 2. vers. & ideo de reg. iur. & in cons. 586. col. 1. num. 14. & Alex. cons. 127. col. 1. & 175. col. fin. lib. 5.

* Facit Crauet. cons. 55. n. 5. Mascar. concl. 1255.

EPITOME.

Mandatum generale simpliciter productum, refertur ad omnes causas, & commissiones, etiam diuersas.

DECISIO II. aliàs 85.

DVæ commissiones erant in actis, idest in manuali per diuersos actores contrà eundem reum super canonicatu, & præbenda vacãte per obitum vnius præsentatæ, & super vtraque commissione fuerat decreta citatio: Procurator rei produxit mandatum generale acceptans, &c. protestans, &c. nec declarauit contra quem producebat, neque super
„ qua commissione, sed tantùm reperiebatur in manuali, Illerden. canon.
„ & præb. per obitum Beringarij Tort. Comparuit Beringarius Saganta
„ procurator Michaelis Maul, & produxit mandatum generale, acceptans
„ &c. protestans &c. vt dictum est. Ex hoc Domini voluerunt, quòd dicatur productum in omni causa, & super vtraque commissione, & contra vtrunque actorem, ex quo indefinitè produxerat, & ideo necesse fuit, vt ego ex eidem reuocarem sententiam per me latam in fauorem Vincentij Rosel. qui erat vnus ex dictis actoribus, qui non fecerat poni dictum mandatum in registro, sed data exceptione personali per contradictas processerat.

EPITOME.

Mandatum ad acceptandum, & ad lites, extenditur ad alias causas, quàm pro beneficijs acceptatis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, ad lites, intelligitur generaliter ad omnes.*
2 *Ratio restringit dictum.*
3 *Præfatio specialis restringit generale dictum, & quare.*

DECISIO III. aliàs 100.

COram D. Nicolao Aragonia in vna Corisopiten. canonicatus & præbendæ, fuit tentum, quòd si in mandato ad prosequendam gra-

1 tiam expectatiuam acceptan. &c. est clausula ad lites † indeffinitè .s. litemq. & lites contest. defend. agen. &c. possit procurator omnes causas prosequi, non tantùm super beneficijs acceptatis vigore gratiæ expectatiuæ, quia clausula prædicta non est accessoria, sed separata: vnde cùm sit generalis indefinita, generaliter debet intelligi. Nec obstant not. per
2 Bart. in l. regula, §. licet, de iur. & fact. ignor. s. quòd ratio † restringit dictum, quia non est ratio illa præcedens, nam constituere procuratorem ad lites, est voluntarium. Nec obstat quod notat Ias. in l. cum hi, in princip.
3 in 3. not. ff. de transact. scilicet, quòd præfatio † specialis restringat generale dictum, quia illud est, ex quo præfatio declarat mentem, & rationem finalem, ad l vlt. de hæred. instit. vnde incidit in primam oppositionem: Hic autem procurator constituitur ad prosequendum gratiam expectatiuam, & ad lites, & sic illud primum non est per modum præfationis, nec rationis, sed est pars mandati, & procurationis.

E P I T O M E.

Sufficit de mandato, & absentia procuratoris docere post sententiam & latas censuras per contradictas.

S V M M A R I V M.

1 *Censura data in contumaciam per edictum, non constito de absentia procuratoris, si postea probetur, valent.*

2 *Stylus contra ius commune non extenditur.*

D E C I S I O IV. aliàs 102.

NOstra decisio 248. al. 19. de procur. in antiq. est extensa ex similitudine rationis in absentia procuratoris, quando de ea post sententiam doceretur, vt in casu, de quo in decis. prima, infra de re iud. Dubi-
1 tatum fuit, An sit idem in causa censurarum, vt possint iustificari † post sententiam, & latas censuras per contradictas, non docto aliter de procuratoris absentia, nisi post, ad iustificandum censuras: Et vota Dominorum fuerunt varia in vna Conchen. coram D. Pisauriensi, nec aliquid fuit determinatum, nam hæc decisio loquitur in censuris, & in asserto procuratore, nec videtur reddi posse sufficiens diuersitatis ratio. Sed in
2 contrarium dicebatur, quòd censuræ sunt maioris præiudicij, † nec stylus contra ius commune, scilicet quòd sententia iustificetur ex post, in contumacia debet extendi, cùm tantum possessum, quantum præscriptum.

Limita hanc decis. nisi ante sententiam fuerit oppositum de defectu mandati, per cons. Baldi 122. *lib.* 3. *Aym. cons.* 108. *Guidobon. decis.* 129.

E P I T O M E.

Procurator constitutus ad consentiendum pensioni in euentum quòd N. resignet, si consentiat in Cancellaria, & N. resignet sub conditione, qua non impleta, principalis reuocet procuratorem in Camera, & postmodum N. resignat simpliciter, consensus præstitus valet, & pensio, non obstante reuocatione.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Reuocatione facta, quæ præsumitur peruenire ad notitiam procuratoris, procurator nihil potest amplius facere.*

2 *Consensus vtriusque non debet simul, nec eodem tempore de necessitate præstari.*

D E C I S I O V. aliâs 105.

PRocurator constitutus ad consentiendum pensioni super beneficio in euentum, quòd Cardinalis cedat ius sibi competens in dicto beneficio, consensit in Cancellaria, ex quo Cardinalis de Triuultijs cesserat, reseruato sibi regressu, quæ cessio cùm non valeret, ex quo non fuit sibi regressus reseruatus, principalis in Camera reuocauit procuratorē suum, quo facto Cardinalis simpliciter cessit: Dubitatum fuit in vna Valentina pensionis coram D. Pisauriensi de validitate pensionis; & maior pars Dominorum fuit pro validitate, attento, quòd secundùm eos reuocatio debebat fieri in vtroque loco, scilicet non tantū in Camera, sed etiā in Cancellaria, tantò magis quod in loco, vbi procurator consenserat, non erat facta reuocatio. Ego etiam fui in hoc voto, non tamen ex præcedenti ratione, quæ mihi dubia visa fuit, sed quia, etiam si reuocatio esset facta formiter, & sic in vtroque loco, bene operari potest, quòd (quia præsu-
1 mitur † peruenisse ad notitiam procuratoris,) procurator amplius aliquid facere non possit, sed per hoc non fit quin id valeat, quod priùs ante reuocationem est factum, ideo actus ante reuocationem dictam factus est à procuratore eo tempore, quo erat procurator. Et licèt esset factus conditionaliter .s. Cardinali cedente, tamen quia in tempore, antequā pœnituerit principalem, cessit Cardinalis, res dicitur perfecta, & valida, Tamen secundùm aliquos, ex quo principalis, ante factam cessionem bonam per Cardinalem, reuocauit procuratorem, satis poterat dici illum pœnituisse: Sed postea ad meam rationem venit alia responsio in mentē, nam mandatum erat, quòd consentiret in euentum, quòd Cardinalis cederet. vnde Cardinale cedente conditionaliter, scilicet reseruato regressu, qui non fuerat reseruatus, & sic nulliter cedente, procurator non poterat consentire, quia contra formam mandati: procurator autem non consensit simpliciter pensioni propter dictam primam, & nullam Cardinalis cessionem, sed consensit conditionaliter, scilicet casu quo Cardinalis cedat, & hoc etiam facere non poterat, quia non fuerat sibi datum in mandato, quòd conditionaliter consentiret, & sic ante adimpletam conditionem, sed tantùm quòd adimpleta conditione (scilicet Cardinali cedente, ipse simpliciter consentiret,) nam facultas cōsentiendi est collata in tempus, & in euentum quòd Cardinalis cederet, ante ergo procurator nihil agere poterat, vnde ex ista ratione videtur, quòd etiam quòd reuocatio non valuerit, tamen quia post procurator non consensit, pensio non valeat, quia primus consensus non est formiter, & bene præstitus, nec aliter,

nec aliàs consensit vnquam procurator: Quo non obstante, Domini fuerunt in eodem voto superiori. scilicet pro validitate, quia consensus
2 † vtriusque non debet simul, nec eodem tempore de necessitate præstari, vnde quotidie videmus in Cancellaria consensus prædicto modo præstari, vt quia ego constituo procuratorem ad cedendum in euentum, quòd mihi talis pensio reseruetur, & cessionarius constituit procuratorem ad consentiendum pensioni me cedente, & ita in euentum, & tamen vnus procurator post alium, etiam longo tempore consentire potest, vnde ex hoc dicendum est, quòd illa verba, in euentum quòd Cardinalis cedat, non referuntur ad procuratoris constitutionem, scilicet, quòd videatur in talem euentum constituere, quia non posset procurator vigore talis mandati cõsentire, nisi iuxta illius formam, sed simpliciter dumtaxat ad consentiendum in talem euentum, in quem Cardinalis cedat, consentit pensioni, & sic adimpleta dicitur conditio, si ante mandati reuocationẽ cedat. Vnde potest procurator iuxtà formam mandati consentire, scilicet, quòd in euentum in quem Cardinalis cedat, consentit pensioni, & cùm adimpleta sit conditio, scilicet quia cessit ante reuocatum mandatum, vel ante reuocatum actum, & consensum factum per procuratorem, dicitur res esse perfecta. Et tantò magis, quia postea visum fuit, quòd nouus consensus Cardinalis venit in tempore, & ante dictam reuocationem, & ideo quòd in vtroque loco fieri debeat reuocatio. Non fuit tamen formiter per omnes conclusum, licèt maior pars hoc attestaretur.

E P I T O M E.

Mandatum factum a Collegio, absentibus duobus, valet, licèt non appareat illos absentes fuisse vocatos.

S V M M A R I V M.

1 *Absens propriè dicitur à Ciuitate.*
2 *Actus propter non vocatos quando possit annullari.*
3 *Pro mandato, & instrumento semper præsumitur, & dicens contrarium probare debet.*
4 *Syndicus vniuersitatis, etiam ab vno constitutus, ad defendendum procedere potest.*
5 *Vniuersitas vtitur iure minoris.*
6 *Gesta cum minus legitimo procuratore minoris in defensione, valent.*

DECISIO VI. aliàs 117.

MAndatum protectorum Sancti Georgij, in vna Lunen. Sarzanen. coram D. Aragonia, in quo Notarius dicebat, quòd officiũ Sancti Georgij, duobus tamen absentibus, constituebat talem procuratorem, fuit per omnes Dominos sufficiens reputatum, non obstante, quòd non appareret illos absentes fore vocatos, ad not. in c. cum omnes, de const.
1 Primò, † quia absentes propriè dicuntur à Ciuitate* ad not. per Gemin in c.

* Vide Romanũ & ibi adden. ĩ litera. m. cons. 451.

in c. vbi periculum, de elect. in 6. & Dec. in d. c. cum omnes; quo casu, exceptis causis arduis, non essent vocandi, seu expectandi, vt per omnes in d. c. cum omnes. Secundò, quia tunc videtur propter non vocatos
2 † posse annullari actum, quando illi agerent de contēptu, ad not. per Abb.
3 in c. quod sicut, §. 1. not. 3. de elect. Tertiò, quia pro † mandato præsumitur, & instrumento, & qui vult contrarium dicere, probare tenetur, ad not. per Abb. in c. 1. in fin. de Synd. per l. cum precibus, C. de probatio.
4 Quartò, quia Syndicus vniuersitatis, † etiam ab vno constitutus ad defendendum, videtur quòd procedere possit, ad not. per Spec. in tit. de
5 Synd. paulò post princ. Quintò, quia vniuersitas † vtitur iure minoris, l. res publica, C. ex quib. caus. maiores, per Bart. in l. nulli, ff. quod cuiusque
6 vni. nom. sed gesta cum minus † legitimo procuratore minoris in defensionem valent, l. non eo minus, C. de procurat. [ista est melior, & sufficit.] Sextò, quia Notarius dicit, officium S. Georgij, ergo erant ibi omnes qui faciebant officium, & vocati vocandi, cum aliàs non esset verum ibi officium esse, ideo &c. ad not. per Corn. plenè cons. 181. col. 8. vol. 2.

EPITOME.

Sententia lata ad instantiam procuratoris vnius ex duobus consortibus non valet, nisi pro domino suo. si alter habebat specialem procuratorem in actis.

SVMMARIVM.

1 *Consors litis in beneficialibus datur, qui pro alio agere possit.*
2 *Consors litis faciendo procuratorem, videtur prohibere ne alius consors aliquid faciat.*
3 *Agens vt procurator alterius cùm non sit, non potest sustinere actum ex eo, quia sit consors litis, vel coniunctus.*

DECISIO VII. aliàs 121.

1 IN beneficialibus † licèt detur consors litis, ita vt pro alio agere possit, ad glo. in c. cum M. Ferrariensis, de const. & per hoc esset dubita-
2 tum in vna Vicent. coram D. Petro, An sententia † D. Christophori lata in fauorem duorum, quorum ius vnius ab altero dependebat, petita per procuratorem vnius tantùm, valeret nomine vtriusque, etiam in fauorem illius, qui nec per se, nec per procuratorem suum aliquid petierat: Et quia ille habebat specialem procuratorem in actis, qui seruauerat alios terminos, fuit conclusum quòd non possit tunc consors aliquid pro eo
3 facere, quia faciendo alium † procuratorem, videtur eum prohibuisse* arg l. cum prætor, & ibi not. Ang. de iud. & Imol. in c. ex parte decani, de rescript. & per Spec. in tit. de coniunct. person. vers. item quod agit; per Ias. in l. exigendi, vers. tertio limita, C. de procur. Item quia procurator alterius petijt sententiam, vt procurator illius, cùm non esset, ideo non debet posse se adiuuare, vt valeat vt consors litis, vt in simili etiam
4 de coniuncta † persona dicit Bald. in c. ex parte, & c. nonnulli, §. sunt & alij

*Etiā si procurator non acceptet, vel nulliter cōstituatur. Bald. l. si quis §. Iulianus, in fin. ff de præsūp. Put. decis. 267. lib. 2.

* Et ī procuratore habēte duo mādata, & agente ex insufficiēti, quod non possit se iuuare, & sustinere actū ex sufficienti. Rom consil. 446 nu. 6 & cōs. 495. n. 4. Mohed. d. 7. hoc tit.

alij de rescript. & plenè per Ias. in d.l. exigendi, vers. sexto fallit, & in l. non eo minus, in fin. eod. tit. *

E P I T O M E.

Mandatum non reuocatur resignatione, si in ea resignans sibi reseruet regressum, & fructus.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum procuratoris morte, & renuntiatione reuocatur.*
2 *Mandatum procuratoris non reuocatur resignatione beneficij in hoc casu.*

D E C I S I O VIII. aliàs 171.

1 MAndatum procuratoris, quod morte reuocatur, & cessat ad clem. fin. de procur. licèt idem sit etiam renuntiatione, ad decis. 376. * si tamen ille, qui resignauit, reseruauerit sibi fructus, & regressum, ex quo non cessat interesse suum etiam circa titulum beneficij, quia si declaretur alteri, & non sibi in beneficio ius competere, annihilatur, & euanescit regressus, & fructuum reseruatio, vt in vna Vicentina canonicatus & præbendæ coram D. Io. Maria. pars maior Dominorum fuit, vt hoc casu ad-
2 huc mandatum † duret per rationes à contrario sensu positas per Rom. in cons. 374. [& ad limit. d. clem. fin. vide Ias. in l. eius qui, §. siue, vers. Placebat, ff. si cert. pet.]

* Al. 28 de procur. in nou. Cass. d. 2. de appell. vide Moder. Paris. de resignat. lib. 9. q. 24.

E P I T O M E.

Consensus sicut post mortem resignantis præstari potest, quando fuit porrecta supplicatio in eius vita per procuratorem; Ita etiam poterit præstari, si mandatum fuit cum reseruatione regressus, & fructuum.

S V M M A R I V M.

1 *Retrotractio impeditur propter inhabilitatem extremorum. & num. 2.*
2 *Supplicatio si porrecta fuerit à procuratoribus resignantis, & resignatarij, videtur resignatio facta, & conditio reseruationis fructuum, & regressus adimpleta.*
3 *Consensus præstatur pro expeditione literarum, & ponitur sub data supplicationis, non eius præstationis.*
4 *In resignatione ponitur tempus datæ supplicationis, non autem consensus.*

D E C I S I O IX. aliàs 219.

COnsensus, qui post signatam supplicationem in vita resignantis potest post ipsius mortem per eius procuratorem præstari, quando supplicatio fuit porrecta, & signata ad instantiam eiusdem procuratoris; Fuit dubitatum in vna Placentina Archidiaconatus, de qua sup. decis. 15. de renunc. An eodem modo præstari possit, quando resignās dedit mandatum ad resignandum conditionaliter, scilicet reseruatis sibi fructibus, & re-

* Vide Mohed. dec. 28. & 31. hoc tit.

& regressu; quia cùm talis resignatio in eius vita facta non fuerit, cùm in eius vita consensus super tali resignatione præstitus non fuerit, nec amplius talia reseruari poterant propter mortem superuenientem; videba-
2 tur postea consensum non posse ad tempus datæ retrotrahi † propter inhabilitatem extremorum, ad vulg. l. bonorum, ff. rem rat. hab. cum vulg. ad quod facit quod not. supra decis. 8. de renuntiatione. Quo non obstante, maior pars Dominorum tenuit in hoc casu idem fore dicendum, stante eadem ratione, cùm secundùm eos, ex quo procurator vtriusque
3 † scilicet resignantis, & resignatarij, porrexit supplicationem, & expediri fecit, satis tunc videtur resignatio facta, & conditio reseruationis fructuũ, & regressus adimpleta, ad c. quidam, cum ibi not. de renunt. vnde non attenditur data consensus postea præstiti, quia secundùm regulam Cancellariæ necessarium est, quòd præstetur pro expeditione literarum, nõ quòd ex tunc dicatur resignatio fieri, vnde videmus quòd in literis dicitur [Ho-
4 die in manibus nostris resignauit] & ponitur † tempus datæ supplicationis, * non autem consensus, aliàs enim nullo casu post mortem præstari posset. * Moder. Paris. d. trac de resign. lib. 8. q. 8 n. 111.

EPITOME.

Procuratori asserto etiam cum cautione rati, non dantur compulsoriales generales, parte contradicente.

DECISIO X. aliàs 213.

PRocuratori asserto non habenti mandatum, petenti compulsoriales generales cum cautione de rato, licèt videatur eas non posse denegari, ad decis. fi. de test. in antiq. nihilominus parte aduersa contradicente, & allegante sine mandato illum admittendum non fore, dari non debent, secundùm Dominos in vna sancti Andreæ Rectoriæ, coram me.

EPITOME.

Procurator ad quomodolibet conueniendum super beneficio, potest resignare, si vigore resignationis fuerit data recõpensa æquiualens, vel propter ius cessum non liquidum.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio siue cessio est donatio, ideo requirit speciale mandatum.*
2 *Procurator potest resignare data recompensa, vel propter ius cessum non liquidum.*

DECISIO XI. aliàs 215.

1 PRocurator † habens in mandato, quòd possit facere, & concordare quasuis conuentiones, & concordias super beneficio &c. licèt videatur, quòd cedere vel resignare non possit, arg. l. filiusfamilias, ff. de donat.
2 & per Feder. cons. 9. resignatio enim siue cessio † est donatio, qua ratione videtur requiri speciale mandatum, vt dicit Card. in clem. 1. in prima oppos. de renunt. Si tamen recompensa data vigore resignationis fuisset * Vide Moder. Paris. de resign. lib. 9. q. 19.

æqui-

3 æquiualens, ┼ vel propter ius cessum non liquidum, vel aliàs, Domini in vna Oxoniens. paroch. S. Andreæ fuissent pro facultate cedendi seu resignandi, ad not. per Doct. in l. contra iuris, §. si filius, ff. de pact.

E P I T O M E.

Iudicium cum procuratore excommunicato tempore constitutionis est nullum, etiam si non opponatur, secus si erat habilis quando fuit constitutus, & non fuit oppositum de excommunicatione subsecuta.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratori excommunicato non est necessarium opponere excommunicationis exceptionem. limita, vt num. 4.*
2 *Excommunicatus non potest constitui procurator.*
3 *Cap. pia, de except. in 6. habet locum in principali excommunicato agente.*

DECISIO XII. aliàs 223.

* Vide Vant. de nullit. ex defectu inhabil. seu mād. num. 136.

1 PRocuratori ┼ excommunicato, * licèt non sit necessarium, quòd op-
2 ponatur excommunicationis exceptio, cùm constitutio ┼ sit ipso iure nulla, etiam quando publicè non habetur pro excommunicato, secundùm Imol. Felyn. num. 20. & 24. & Doct. in c. post cessionem, de probat.
3 non obstante c. pia, de except. in 6. ┼ quod locū habet in principali agente excommunicato, secundùm Felyn. vbi supra, num. 23. & in c. exceptio-
4 nem, col. pen. de except. Si tamen ┼ tempore constitutionis procurator erat habilis, sed ex post facto fuit excommunicatus, valebit iudicium cum eo agitatum, si non fuit oppositum de excommunicatione, secundùm Felyn. in d. c. post cessionem, in princ. pen. col. num. 23. vers. & nota quod, post alios de quibus per eum, & secundùm Dominos in vna Placentina Archidiaconatus de Trugillo coram Domino Petro.

E P I T O M E.

Mandatum in beneficialibus, etiam re non integra, & lite contestata expirat: durat tamen respectu fructuum, & expensarum, quorum respectu sententia venit exequenda contra hæredes.

S V M M A R I V M.

1 *Successio in beneficialibus non datur.*
2 *Accessoriam non sequitur principale, si adsit diuersa ratio.*

DECISIO XIII. aliàs 239.

* De quo latè Gabr. cōclus. 3. de procurat.

MAndatum quod in beneficialibus morte reuocatur, ad clem. fin. de procurat. durat in prophanis, l. nulla, C. de procurat. * respectu fructuum, & expensarum, in quibus per sententiam defunctus in vita fuerat condemnatus, secundùm Dominos in vna Comaclen. præpositurae, inter Illustr. Ducem Ferrariæ, & nobilem D. Leonem Vrsinum, coram me,

quia

quia cùm sententia respectu fructuum, & expensarum, veniat contra hæredes exequenda, cessat ratio; quæ est, quia in beneficialibus, re etiã non integra, & lite contestata expirat mandatum, cùm secus in prophanis,
1 scilicet, quia in beneficialibus non datur ✝ successio, nec quis habet hæredem, vt dicit Vitalin. in d. clem. fin. col. 2. in princ. & col. 3. in princ. Et licèt causa fructuum, & expensarum sit accessoria ad principalem super beneficio, vel eius possessorio, & ideo eius naturam sequi debere videretur, ad reg. accessorium, in 6. cum simil. Tamen stante, (vt supra dixi)
2 diuersitate ✝ rationis cessat dicta regula, nec accessorium tunc sequitur naturam principalis, ad not. per Felyn. in c. debitores, col. 2. de iur. iur. & Alex. cons. 4. col. 4. nu. 5. vol. primo, & facit quod supra not. decis. 8. eod. tit.

EPITOME.

Procurator seruans terminum ad libellandum non fit dominus litis, & ideo non potest substituere.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad libellandum in summarijs non facit quem dominum litis.*
2 *Dominus litis quis non fit nisi per actum, qui in plenarijs iudicijs fieri non potest, nisi lite contestata.*

DECISIO XIIII. aliàs 7. lib. 2.

1 TErminus ✝ ad libellandum in summarijs non inducit effectum, vt quis fiat dominus litis, ita vt procurator substitutus seruans dictum terminum, possit substituere, ad decis. 28. de procur. in antiq. secundùm Dominos in vna Salamantin. sanctæ Barbaræ coram D. Mohedano, quia
2 debet esse talis actus, qui in plenarijs ✝ iudicijs fieri non possit nisi lite contestata, secundùm Doctores in l. nulla, C. de procurat. & c. quoniam contra, de probat. sed libellus dari potest etiam ante.

EPITOME.

Mandatum factum à creditore debitori, quòd creditori mandantis soluat, non potest reuocari.

DECISIO XV. aliàs 37. lib. 2.

MAndatum factum à creditore debitori suo, quòd creditori ipsius creditoris mandantis soluat, licèt videatur non adimpleri per promissionem factam à debitore prædicto creditori mandatario, ad l. si debitorem, ff. de nouat. & in consequentiam, ante solutionem tacitè, vel expressè reuocari posse videatur, ad notata ibi per Paul. de Castr. tamen secundùm Dominos in vna Hispalen. siue Romana pecuniaria coram D. Maceratens. post promissionem, cùm desinat res esse integra, reuocari non valet, ad notata per Io. Andr in add. ad Specul. in tit. de deposito, in rubr. & Bart. in l. singularia, col. 5. vers. ex hoc apparet; & ibi Ias. col. 10. vers.

vers. hinc sumpta, num.31. & col.11.vers.stat. ergo. Dec.col.10.num.26. vers. & ex supradictis, * ff. si cert. pet. per eundem Paul. de Castr. in l. si cum Cornelius, de solut. & l. si cum fundum, in fin.& ibi per Ias.in princ. de pact. per Alex. in l. qui vsumfructum, col.2. vers. quod autem, num. 8 de verb. oblig.

*Et Cagn.ibi n 153.& seq.

EPITOME.

Procuratoris generalis præoccupatio operatur, quòd alius, etiam generaliter, & cum clausula citra &c. sine tamen clausula, ita quòd non sit melior conditio occupantis, antea constitutus, desinat esse procurator.

DECISIO XVI. aliàs 67. & vlt. lib. 2.

Procuratoris generalis * præoccupatio operatur, quòd alius etiam generaliter, & diuerso tempore, & cum clausula: [Citra tamen &c.] sine tamen clausula: [Ita quòd præoccupantis conditio melior non existat &c.] antea constitutus, & habitu & actu procurator esse desinat, ad l. pluribus, ff.de procurat. ibi [vt posterior non sit in eo quod prior petijt procurator] & ibi notat Castrens. dicens, quòd habetur alius ac si constitutus non esset; & ideo præoccupante etiam volente, alius de causa, tanquam non procurator, se intromittere nequit, quia voluntas, & impedimentum præoccupantis facit, vt alius se intromittere non possit propter clausulam omissam, [quòd melior non sit conditio præoccupantis,] arg. c. si duo, cum ibi notat.eod.tit.lib.6.

* Secus ī speciali, vt apud Put.dec.167. lib. 3 Rota decis.22.hoc tit.in nouiss.

EPITOME.

Procuratores, & Aduocati abstineant ab informatione verbali, sed pro minori dispendio dent informationes in scriptis.

DECISIO XVII.

Orta quæstione inter DD. Aduocatos, & Procuratores super præcedentia; fuit per Dominos conclusum de consensu eorundem Aduocatorum, & Procuratorum, & cum auctoritate, & consensu Sanctiss. D.N. quòd abstinerent omnes ab informatione vocali, seu verbali, & quòd super dubijs dandis per DD. Auditores darentur informationes in scriptis, vt cum minori clientulorum dispendio experiremur, an modus iste esset vtilior, & conuenientior, vt longiori tempore studio vacare possemus.

* Hæc decis. non est ī manuscript. D. Crescentij.

Alias decis. ad hunc tit. facien. habes supra decis. 37. de renunc. Infra decis. 4. & 11. de sent. & re iud. Et decis. 17. de probatio.

DE ARBITRIS.

EPITOME.

Sententia arbitri habentis interesse in causa, item confirmatoria sententiæ, quæ non extat, est nulla.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Arbitri sententia habentis interesse in causa, est nulla.*
2 *Sententia confirmans primam sententiam nullam, quando det actionem vt ex confirmante agi possit.*
3 *Sententia nulla confirmari potest, non autem quæ nusquam est.*
4 *Iudici delegato non creditur dicenti post latam sententiã se ita pronuntiasse.*

DECISIO I. aliàs omnium prima.

IVlianus de Lenis in Vrbeueteri conduxit à Præsidentibus Cameræ certas terras pro certo pretio, deinde sumpsit in socios dictos dominos Præsidentes; postmodum omnes pro certa parte sumpserunt in socium Thomam Saluagum mercatorem Ianuensem, certis conditionibus adiectis, vt ille teneretur ad laborandum &c. Euenit quòd d. Iulianus egit contra Thomam ad damna & interesse ob non adimpletas conditiones, & de communi consensu elegerunt in arbitrum, cum amplissima facultate, D. Philippum de Senis, qui tunc erat Clericus Cameræ, & socius, qui condemnauit Thomam, sed coram suo Notario in actis reperiebatur tantùm, qualiter pronuntiauerat, tenor verò erat in albis, & non apparebat: postea eadem causa per viam recursus fuit commissa cuidam Vincentio de Reate locumtenenti Vicarij Vrbis, coram quo fuerunt producta acta facta coram D. Philippo, in quibus, vt dixi, non erat tenor sententiæ, tamen D. Philippus dedit substituto Notario D. Locumtenentis quandam cedulam, dicens, & asserens, illam esse sententiam à se prolatam, & erat eius manu subscripta, quæ fuit à d. D. Vincentio confirmata: postea causa fuit commissa in Rota D. Iacobo Simonettæ Episcopo Pisauriensi, coram quo dubitatũ fuit de duobus. Primò, An sententia lata per D. Phillippum
1 valeat, ex quo ipse erat socius, & per consequens agebatur † de eius interesse; & fuit per omnes conclusum esse nullam, ad l. pen. ff. de arbitr. l. Iulianus, ff. de iudicijs, vbi Bart.

Secundò dubitatum fuit, An secunda sententia confirmatoria valuerit,
2 licèt prima fuerit nulla, vt saltem agi posset † ex confirmante, ad decis. 7. de re iud. in antiq. Innoc. in c. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. Et conclusum fuit quòd non. Primò, quia ista procedunt, quando coram secundo Iudice fuisset allegata nullitas primæ, quæ non fuit allegata in casu nostro, ad not. in d. c. primo. Secundò, quia in isto casu non confirmatur quod
3 aliquid est, sed quod non est, nãm non confirmatur sententia * nulla, † sed sententia quæ non est, non enim confirmatur sententia, de qua erat rogatus Notarius actuarius D. Philippi, quia de eius tenore non apparebat: Nec cedula data secundo Notario est sententia, quia secundus Notarius non fuerat rogatus de sententia illa. Nec creditur post latam sententiam
4 † iudici delegato, vel arbitro, se ita pronuntiasse asserenti, quia siue bene, siue male pronuntiauerit, functus est officio suo, ad l. iudex postquam, ff. de re iud. c. in literis, & c. Venerabili, de offic. deleg.

* Quod fieri pôt Vant. de nullit. tit. vlt. n. 26. & 132. & per totum illum tit.

EPI-

EPITOME.

Æstimatio facta a duobus separatim, non vocatis partibus, nec illis præsentibus, non valet.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatores non tenentur iurare.*
2 *Aestimatio à pluribus separatim facta an valeat.*
3 *Cognitio etiam extraiudicialis sine partium præsentia haberi nequit.*
4 *Arbitri, & iudices plures an debeant simul iudicare.*
5 *Delegati debent simul iudicare.*

DECISIO II. aliàs 80.

SI duo æstimatores à partibus in contractu transactionis fuerunt electi ad æstimandum melioramenta, licèt posset dici, & benè, iuramentum
1 † ab eis non requiri ad not. per Felyn. in c. quia indicante, col. 1. vers. &
2 si isti assumuntur, de præscription. * Tamen si æstimarunt † separatim, & partibus non vocatis, neque præsentibus, æstimatio non valet, quia co-
3 gnitio etiam † extraiudicialis sine partium præsentia haberi non potest, negociorum enim merita partium assertione panduntur l. vltima, C. si per vim, vel alio modo, & ad hoc facit quod not. Bart. in l. qui bona, §. vltimo, ff. de damno infecto, & Felyn. in c. veniens, in fin. vers. quarto in quantum, num. 20. de testibus, & in c. ego N. col. 4. nu. 10. de iureiur. & secundùm magis communem opinionem, de qua per Socin. post Doct. in l. si quis arbitratu, n. 29. & 30. de verb. oblig. [Nec contradicunt notata per Doct. in c. quintauallis, de iureiur.] In eo autem quod dixi, quòd separatim æstimarunt, non fuit plenè discussum, An per hoc esset æstimatio nulla,
4 quia licèt arbitri † etiam debeant simul iudicare * ad glos. in l. non distinguemus, §. cum in plures, ff. de arbitr. Tamen secundùm aliquos satis videtur sufficere, quòd postea alter concordet cum primo, ad not. per Alberic. in l. si in tres, ff. de arbitr. Vbi idem tenet in iudicibus, * licèt contrarium teneat in delegatis, in l. duo ex tribus, de re iudic. Et hoc in vna Bononiensi bonorum coram D. Io. Clerici.

* Adde eũdẽ Felyn. in c. proposuisti, n. 9. vers. fallit secũdo de probatio. si tñ a partibus non essent electi deberẽt omnino iurare, vt per Felyn. in dd. locis.

* Vide Blancũ de cõpromiss. q. 9. n. 53 & seq.

* Vide Vant. de nullit. ex defec. iurisd. ord. n. 175.

EPITOME.

Diuisio inter fratres vel iudicis arbitrio, vel sorte fieri debet.

SVMMARIVM.

1 *Electio partium diuisarum spectat ad minorem fratrem de iur. can. secus de iur. ciu.*
2 *Diuisio de iur. ciu. vel fit iudicis arbitrio, vel sorte.*
3 *Abraham maior natu ex voluntate sua concessit Loth facultatem optandi, facta diuisione.*
4 *Minor eligere non debet quando diuisio est facta ab arbitris.*
5 *Ius ciuile inter ciues Romanos seruandum.*

DECI-

DECISIO III. aliâs 210.

Diuisio hæreditatis, vel bonorum si fiat per iudicem, vel arbitros à partibus electos, dubitatum fuit in vna Romana status inter istos nobiles Dominos Vrsinos pro relatione facienda Sanctissimo, qui tempore feriarum in hoc consulere voluit Rotam; an electio partium spectaret
1 ad minorem, † quod videbatur dicendum, ad tex. in c.1. de parochijs, vbi Host.col.2.vers. & est optimum, & Ant. de Butr.col.2.vers.nota quòd in diuisionibus, & Pet. de Anchar.in 3.not.per Io. de Anan. in c. qualiter & quando, el 2.num.4. de accus.dum in Testamento veteri * narrat Abraham maiorem natu, facta diuisione, Loth minori natu concessisse optandi facultatem. & hoc communiter tenere videntur Canonistæ: Et licèt
2 Legistę magis † communiter contrarium tenere videantur, scilicet quòd, vel iudex det partes, vel sorti committatur, per l.2.C.quand.& quib.quar. par.debea.lib.10. vt per Bart. & Bald. in l.1.C.de his qui se defer.lib.10.& per Bald. in l. si maior. C. commun.diuid. & Florian.in l. arbitrium, ff.famil. hercifcun. & Angel. & alios, de quibus per Modern. in §. quædam, Instit. de act. in l.1.ff.si cert. petat. Tamen opinio Canonistarum videbatur amplectenda, tum propter dictum veteris Testamenti, ad glos. in c.de libellis, in vers. illorum, dist.20. & tex. in d.c.qualiter & quando, el 2. & ibi Abb. in primo not. & Io. de Anania, col. 2. de accus. & glos. in auth. vt iud.sine quoquo suffrag. in princ. ver. administrationes, in ver.eloquiorum, tum propter dubium, & contrarietatem opinionum, ad c.per venerabilem, cum ibi not. qui fil. sint legit.& glos.in ver. vacante, in c. licèt ex suscepto, de foro compet. Et quia pro opinione Canonistarum videtur etiam casus in d. c.1. Sed ad illum textum respondet Angel. in d. §. quædam: & pro opinione Legistarum videtur etiam textus in d. l. 2. de qua
3 supra: & in veteri Testamento fecit illud Abraham † ex voluntate sua, non quòd teneretur, secundùm Abb. in d. c.1. in vlt. not. & d.c.1. & alia iura notata ibi per Host. & Doct. loquuntur in seniore in administratione rerum, non autem in ætate. Vnde ferè omnes Domini fuerunt in voto,
4 quòd iudicis officio † vel sorte partes distribuerentur, ex quo in casu nostro maior non diuiserat, sed arbitri electi, & deputati à Papa, & sic iudicis officium ad l. ad officium, C.commun.diuidendo. Corn.cons.234.lib. 1. quo casu cessat ratio quare minor eligere debeat, cùm illud fortè processisset facta diuisione per maiorem natu, & etiam ex quo eramus inter
5 Romanos inter quos † erat statutum à Sede Apostolica confirmatũ, quòd inter eos ius ciuile seruaretur, & attenderetur; ergo iura ciuilia, & opinio Legistarum scilicet d.l.2. inter eos erat seruanda.

*Ad materiā huius decis. vide Doct. in l.pr.ff.si cer. pet. vbi Rip. nu.69.Cagn. n.165.Tiraq. de iure primog.q.60.

*Genes cap. 13.b.

Faciunt ad hunc tit. Decis.7. supra de procurat. Decis.5. supra de rescript. Decis.vlt.sup.de dilatio. Decis.9. & 11. infra de re ind.

DE

DE IVDICIIS.

EPITOME.

Auocatio causæ quatenus non sit instructa, non impedit primum Iudicem, coram quo omnes termini, etiam nulliter sunt seruati, quin etiam non obstante inhibitione possit pronuntiare. 1

SVMMARIVM.

1 *Instructa quando causa dicatur.*
2 *Terminos male seruatos Rota potest reiterare, & pronuntiare.*

DECISIO I. aliàs 113.

* Facit ad hanc decis. dec. 5 supra de rescrip.

SI Papa auocet causam, dummodo instructa non sit,* & tempore auocationis erant iura producta, & termini omnes seruati, licèt malè, & nulliter: Domini tenuerunt in vna Senen. Cappellaniæ corporis Christi coram D. Piccolomineo in secunda, quòd, non obstante inhibitione emanata à iudice, cui causa auocata erat commissa, potuisset primus iudex
1 pronunciare, ex quo satis dicitur instructa, † cùm tunc tempore auocationis potuerit pronuntiari, ad glos. in c. cupientes, §. si verò, in verb. instrui. de elect. in 6. & l. instructa, ff. de verb. sign. nam, non obstante mala
2 obseruatione terminorum, † nos vigore Innocentianæ possumus, illos reiterando, sententiare.

EPITOM

Confessio rei, quòd inter ipsum & alium est lis, probat motam esse litem, & ideo non est locus regulæ de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Lis non inducitur per scientiam, & notitiam commissionis & decreti citationis, quò ad reum, sed requiritur citatio.*
2 *Lis quoad reum non est ante citationem.*
3 *Reus confitendo litem, confitetur & citationem fuisse executam.*
4 *Testium dictum intelligitur secundùm illud tempus, ad quod videntur habuisse considerationem.*
5 *Actuum multiplicatio non præsumitur.*

DECISIO II. aliàs 124.

COnfessio rei, quòd inter ipsum, & alium est lis, operatur, quòd licèt
1 aliàs scientia, & notitia † commissionis causæ & citationis decretæ non sufficiant ad litem inducendam, quia est necessaria notitia executio-
2 nis citationis, quia quo ad reum ante citationem non † est lis, ad clem. 2. cum ibi not. vt lit. pend. nihilominus cùm (vt supra) lis non dicatur, nisi executa * citatione, dicendum est, quòd in necessariam consequentiam
3 confitendo litem, † confiteatur etiam citationem fore executam. arg. vulg.

* Facit Put. dec. 240. li. 2. Caputaq. decis. 169. li. 2.

vulg. l. oratio, de sponsal. optimè facit decis. Aegid. 684. Et ideo in vna Lucan. coram D. Aragonia contra regulam de triennali opponebatur de lite intermedia, & licèt de ea in actis, aliàs quàm per commissionem, & decretum citationis non constaret: Tamen propter dictam confessionem factam in quodam instrumento, fuit contra regulam determinatum: Et in eadem, quòd licèt testes probarent illum triennio possedisse ab anno 1523. non distinguentes An à natiuitate, vel à conceptione, & secundùm hoc vltimum esset triennium etiam ante dictam confessionem, Tamen quia testes asserebant dicto tempore possessionem captam vigore literarum Apostolicarum, quarum data erat eiusdem anni à natiuitate: secun-
4 dùm illud † dictum testium intelligebatur, ad quod testes videntur habuisse considerationem, arg. notat. per Abb. & alios in c. cum Ioannes, de
5 fide instrum. & quia † multiplicatio actuum non præsumitur, intelligitur de eisdem literis productis.

EPITOME.

Per sumptum bullæ productum post terminum ad articulandum triduò ante seruatum, satisfit regulæ, quòd literis non expeditis &c. vt iurisdictio valeat.

DECISIO III. aliàs 128.

IN vna Eluen. coram D. Camillo, causa erat commissa literis non expeditis, & derogatum regulæ: dummodo ante terminum ad articulandum; &c. terminusq. erat seruatus die 10. & die 13. sumptum bullæ productum per compulsum. Domini fuerunt pro validitate iurisdictionis, cùm modico tempore præsumatur ante terminum fore expeditas, cùm ante productionē omnino debeat compulsus compelli, & sumptum extrahi, & bulla registrari; quæ omnia, licèt non potuissent fieri tam breui tempore, tamen magis præsumitur saltem expeditio earum ante, vt actus valeat, & maximè cum satis videretur satisfactum menti regulæ emanatæ ad effectum vt citius literæ expediantur.

EPITOME.

Literæ præsumuntur expeditæ ante terminum ad articulandum, vt valeant commissio, & sententia, nec obest regula.

SVMMARIVM.

1 *Clausula non obstan. & derogat. ponuntur ad cautelam.*

DECISIO IIII. aliàs 112.

SI in commissione quis petit derogari regulæ, quòd literis non expeditis causæ non committantur, dummodo ante terminum ad articulandum expediantur, & literæ producantur in actis expeditæ, nec constet An ante, vel post terminum ad articulandum; Domini fuerunt pro validitate commissionis, & sententiæ latæ super illa, in vna Meten. canoni- *De materia huius decis. Cassad. d. 3. & 4. super hac reg. Mohed. d. 3. de probat.

catus, & præbendæ coram D. Ludouico in secunda, ex quo non constabat, quòd tempore commissionis non essent expeditæ literæ, & derogatio illi regulæ potuit fieri ad cautelam, & per procuratorem, quia clau-
1 sulæ † non obstantiarum, & derogatoriarum ponuntur ad cautelam.

EPITOME.

Iudex criminalis non potest, absoluendo reum à crimine, eundem condemnare ciuiliter ad rei restitutionem, & si non declinetur eius iurisdictio.

SVMMARIVM.

1 *§. latrunculator, l. solemus, ff. de Iud. quomodo procedat.*
2 *Restitutio rei ablatæ petitur Iudicis officio, non actione.*
3 *Iudex criminalis potest condemnare ciuiliter criminosum, non autem innocentem.*
4 *Partes non possunt iurisdictionem in criminalibus tantùm prorogare ad ciuiles.*

DECISIO V. aliàs 167.

*In terminis huius decis. vide cōs Natæ 407. in fi. & vide Ruin. cons 4. & 87. lib. 4. & 35. lib. 5.

ACtùm fuerat coram D. Gregorio Auditore R. P. D. Gubernatoris in criminalibus causis tantùm contra quandam mulierem criminaliter, instante parte, & procuratore fiscali, & quia de crimine non constabat, Auditor absoluit illam in criminali, sed ciuiliter eam condemnauit ad restitutionem quorundam bonorum. Dubitatum fuit coram D. Piccolomineo de validitate dictæ condemnationis, & sententiæ, ex defectu
1 iurisdictionis, ad l. solemus, §. latrunculator, ff. † de iud. qui tamen textus procedere videtur quando principaliter actum fuisset ciuiliter; Sed quod quando criminaliter (si incidenter iudici constiterit reum condemnandum ad restitutionem,) quòd etiam ciuiliter hoc facere possit, omissa etiam condemnatione in causa criminali, videtur textus in l. interdum, la seconda, §. qui furem, ff. de furt. per quem ita tenet Bart. in l. 2. §. 1. col. fin. ff. vi bon. rap. & Spec. in tit. de accus. §. 1. col. 2. vers. si latro. Bald. in l. 2. col. 5. vers. vnum quæro, num. 25. C. de eden. Innoc. & alij in c. cum oporteat, de accus. Bald. & Salyc. in l. qui crimen, C. qui accus. non poss. & in l. data opera, eod. tit. Bart. & Salyc. in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi pub. quod extenditur per Socin. in l. 1. in medio, col. 5. sol. matr. facit. l. quoties, cum ibi not. C. de iud. Ias. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. per Dec. in c. præterea, de off. deleg. quia tamen omnia præcedentia procedunt, quando aliàs constaret de delicto, vt supra in d. §. qui furem, ibi, rem furtiuam restituere, &c. & per omnes vbi supra: & quia restitu-
2 tio † non potest peti per actionem, sed iudicis officio, vt per Doct. vbi supra per l. interdum, de pub. iud. & cùm in casu nostro non solùm de crimine non constaret, sed fuerit mulier expressè absoluta, non poterat ex officio dicti iudicis condemnari ciuiliter, cum de eo non habuerit iurisdictionem prædictam, omnes enim prædicti Doct. loquuntur, vt possit ciuili-

5 ciuiliter † iudex criminalis condemnare criminosum, vt etiam per Bart. in l.1.in fin. prim.col. ad Turpill. Ideo Domini fuerunt pro nullitate sententiæ, non obstante quòd illa mulier tacitè se defendendo coram prædicto Iudice, videretur eius iurisdictionem prorogasse, ad l.sed etsi susceperit, de iud. & propriè in materia nostra de causa criminali ad ciuilem, tenent Ang. & Paul. de Castr. in d.l.solemus, §.latrunculator, quia magis communis opinio videtur tenere contrarium, scilicet quòd etiã expressè

4 partes † non possunt iurisdictionem in causis criminalibus tantùm prorogare ad ciuiles, vt per Abb. & alios in c.1. & 2. de off.deleg.per Ias. in l. si per errorem, ff.de iurisd.om.iud. Socin. in c. significasti, de for.comp.* maximè stante alio Iudice in causis ciuilibus, quia ita videtur procedere, d.§.latrunculator, & per Dec.in reg.non debet, in 3. fall. de reg.iur. not. Felyn. in c.ordinarij, de off.deleg.

* Vide de materia Bal. in l. ex consensu, C. de repud. Cla in pract. crim. q 42.

EPITOME.

Subrogatio lite penden. obtenta, non debet canonizari vigore primi tituli, de cuius inualiditate constat.

SVMMARIVM.

1 *Resignans per supplicationem, & consensum, abdicat à se omne ius, ita quòd per eius obitum nil vacat.*

DECISIO VI. aliàs 95.

Actori, qui impetrauerat per obitum Petri, reus dedit de resignatione sibi facta per dictum Petrum, & ad hoc probandũ produxit supplicationem, & consensum, & dato de regula, quòd non iudicetur iuxtà formam supplicationis, sed literarum, & lite pendente, reo defuncto, actor habuit gratiam subrogationis, & ad euitandum expensas, & circuitum, nolebat super ea literas expedire, sed tantùm primam gratiam suam per obitum Petri petebat sibi canonizari, ex quo resignatio erat offuscata per regulam. Domini tamen voluerunt in vna Granopolitan. coram D.Ara-

1 gonia, quòd hoc fieri non posset † quia per solam supplicationem, & consensum Petrus abdicauerat à se ius. Vnde apparebat per eius obitum nihil vacare. Ideo &c.

EPITOME.

Expensæ debentur regularibus electis in discordia.

DECISIO VII. aliàs 175.

Electis in discordia, licèt non viderentur deberi expensæ litis à monasterio regulari, ad c.cupientes, §. si verò, de elect. in 6. quia tamen non habebant vnde se, & ius suum possent tueri, Domini in vna Meten. coram D. Io. Paulo voluerunt expensas deberi per glo. in §. fin. d.c. cupientes.

EPITOME.

Mulieri, quæ promissam dotem non soluit, non debentur expensæ litis, nec alimenta, si de adulterio accusetur.

SVMMARIVM.

1 *Expensa litis debentur non habenti aliunde, & de suo bono iure habenti præsumptionem.*

2 *Expensa litis, difficilius debentur, quam alimenta.*

DECISIO VIII. aliàs 232.

EXpensas litis debet habere quis ab aduersario, quando non habet aliunde, & præsumptionem habet pro iure suo bono, vt quia filius, qui petit bona paterna, vel mulier dotem,* vel aliàs, ad not. in l. fin. C. de ord. cognit. per illum tex. in l. Imperatores, ff. de tut. & rat. distra. l. si instituta, & l. qui de inofficioso, ff. de inoffic. testa. canonistæ, in c. ex parte, de accus. Innoc. & alij in c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. Si tamen
1 mulier dotem promisit, † & illam non soluit, (vt in vna Bononien. promissionis dotis coram D. Petro) licèt tunc accusetur de adulterio, & agatur de priuatione dotis, habeatq. præsumptionem pro se, ad vulg. R. merito, ff. pro soc. tamen secundùm Dominos, quia dotem promissam mulier non soluit, non debet habere alimenta * ad l. fin. C. ad Velleian. & Alex. in l. si cum dotem, §. si autem, sol. matr. & Doct. in d. c. per vestras,
2 tantò minus litis expensas, † quæ difficilius debentur, secundùm Bart. in d. l. imperatores.

* Afflict. decis. 10.

*Imò pôt ex domo expelli. Abb. cons. 85. lib. 2. Rô. côs. 517. col. 2. cum alleg. ibi ī add. Io. Lup. in rep. c. per vestras; vbi latè, de quo & Boer. q. 42.

EPITOME.

Lis non finitur per ista verba nolo vlterius litem prosequi.

SVMMARIVM.

1 *Lis non extinguitur, secundum Rotam, nisi per sententiam.*

2 *Litis extinctio non fit per verba prolata Iudice, & parte absentibus.*

DECISIO IX. aliàs 42. lib. 2.

LIs non extinguitur per ista verba. Nolo vlterius litem prosequi: non obstante, quod not. Milis in suo repert. in vers. lis finitur &c. secundùm Dominos in vna Sancti Andreæ Can. coram D. Raynaldo, tum quia
1 secundùm Rotam lis † numquam finitur nisi per sententiam, ad decisio.
2 vt lit. pend. in nou. tum quia ex talibus verbis † non coram Iudice prolatis, nec parte præsente, & acceptante, non potest induci cessio litis in beneficialibus, ad decis. 3. de renunc. in nou. & Milis in vers. litis pendentia, dum ita intelligit glo. in verb. prosequatur, in clem. 1. vt lit. pend. & per Bart. Alex. Ias. & Doct. in l. postquam liti, C. de pact. & Ias. in l. 1. eod. tit. post Ant. de Butr. in c. cum pridem, eod. tit.

Alias

Alias decis. ad hunc titulum facien. habes supra.
Decis.4. de renunc. Decis.7. de procur. Decis.3. de dolo, & contum. Decis.3. & 4. & 17. de sent. & re iud.

DE FORO COMPETENTI.

EPITOME.

Remissoria data reo ab vno Auditore contra duos suos actores non valet, nisi super causa ei commissa, non super commissa alteri.

DECISIO I. aliàs 6.

QVidam commiserat causam contra Titium super vno beneficio, & fuit commissa D. Petro; contra eundem super eodem beneficio alius commisit causam D. Ioanni Clerici: Iste reus petijt remissoriam contra vtrumque coram D. Petro, qui eam concessit; Fuit resolutum quòd nulliter fuit concessa quò ad personam secundi ex defectu iurisdictionis, quia saltem requirebatur consensus secundi Auditoris, iuxtà Innocentianam, & causa erat Brixien. clericatus.

EPITOME.

Sententia lata contra interesse putantes, certo existente contradictore, valet si non agitur contra illum, sed contra tertium intrusum lite pendente.

SVMMARIVM.

1 *Actor tacito suo contradictore procedens contra interesse putantes, nulliter agit.*
2 *Sententia lata contra interesse putantes quando valeat.*

DECISIO II. aliàs 2.

IN vna Hispalen. beneficij coram D. Camillo de Ballionibus, quidam commiserat causam contra Bernardinum Brauo, & sua interesse putantes, & quidam termini cum eodē seruati fuerunt, & vigore dictæ clausulæ: sua interesse putantes, &c. fuit etiam processum contra Antonium de Burgos, & post eius decessum, tacito dicto Bernardino, & contra eum nihil amplius facto, processum fuit contra interesse putantes, & habita sententia, & literis executorialibus, quæ fuerunt postea intimatæ cuidam Aluaro Garsiæ, tamquam intruso lite pendente, & pluries causa erat ventilata, & commissa pluribus, & discussa, & quia Aluarus nihil releuans probabat, præfixo pluriès termino, fuit contra ipsum processum ad declaratoriam, & aggrauatoriam, & vsque ad brachium sæculare, & interdictum speciale. Demum iste allegauit dictam primam sententiam esse nullam, & per consequens omnia inde secuta, & non deberi executioni mandari, ex quo cùm dictus actor haberet alterum certum contradicto-
1 rem Bernardinum, & eo + tacito processerat contra interesse putantes,

nulliter fecit, ad not. in c. fin. de elect. in 6. Fuit tamen conclusum, quòd
2 procedebat hoc quò ad Bernardinum, sed quò ad tertium + intrusum lite pendente, qui erat vitiosus ingressor, sententia tenebat, & valuit, ex quo respectu illius defuncti poterat procedi contra interesse putantes, & valebat sententia, ad not. per Franc. in d. c. fin. vers. quarto quæritur; vbi quando sunt plures citandi, & aliqui vocantur, alij non, licèt alij sint certi contradictores, & non vocentur, tamen sententia valet contra citatos.

EPITOME.

Exemptus a iurisdictione Ordinarij non potest prorogare iurisdictionem, & consentire in non suum iudicem.

SVMMARIVM.

1 *Miles sancti Iacobi de Spata est exemptus à iurisdictione Ordinarij.*
2 *Decreto irritanti de partium consensu renuntiari non potest.*

DECISIO III. aliàs 8. lib. 2.

1 EXemptus à iurisdictione Ordinarij, vt est miles + sancti Iacobi de Spata, non potest dando mandatum, neque aliàs, prorogare iurisdictionem, & consentire in non suum iudicem, cùm non de suo tantùm, sed etiam superioris præiudicio tractetur, cui immediatè est subiectus, vt per Abb. in c. cum tempore 5. not. de arbitr. Ideo secundùm Dominos in vna Legionen. matrimonij coram D. Pisauriensi, sententia contra talem Militem lata, fuit tenta nulla, & tantò magis, quia priuilegium Martini V.
2 habet decretum irritans, cui + non potest de partium consensu renuntiari, ad glos. in c. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in 6. de quo vide tamen decis. 4. de priuilegijs infra.

Sub hoc eodem titulo caderet decis. 16. infra de priuileg.

DE DILATIONIBVS.

EPITOME.

Dilatio est concedenda reo ante terminum ad articulandum, nisi illam malitiosè differat petere.

DECISIO I. aliàs 4.

FVit conclusum per omnes Dominos, quòd licèt dilatio reo debeat dari, & concedi ante terminum ad articulandum, tamen quando reus malitiosè distulit petere, & ipso facto eam habuit, puta quia per quatuor menses, & plus, non petijt, non sit amplius ei danda, sed expectandus per aliquot dies arbitrio iudicis: & ita coram D. Camillo contra quendam Priorem familiarem Cardinalis Cæsarini, cui actor obtulerat vt acciperet dilationem, & respondit quòd eam capiet quando libebit. Immò in vna Astoricensi coram D. Petro, in qua procurator dederat mandatum in

actis per annum ante petitam dilationem per eum, licèt fuerit petita ante terminum ad articulandum, tamen fuit illi negata, ex quo apparebat manifestè, quòd eam calumniosè petebat.

EPITOME.

Dilatio datur actori, qui prius commiserat causam contra P. & omnes interesse putan. & postea committat coram eodem Auditore contra N. cessionarium P.

SVMMARIVM.

1 *Actor debet venire instructus, paratus, & informatus.*
2 *Certus non debet certiorari.*
3 *Opponi potest contra personam tertij venientis ad causam.*

DECISIO II. aliàs 7.

SEbastianus Pons commiserat causam contra Petrum, & omnes alios interesse putantes, demum cessit liti, & causæ, forsan quia audiuerat quòd Petrus cesserat in fauorem Sebastiani Clauigei, qui Sebastianus Pons commisit postea causam contra dictum Sebastianum Clauigeum coram eodem Auditore: Dubitatum fuit An dicto Sebastiano Pons actori esset danda dilatio. Faciebat dubium, quia actor priùs commiserat cau-
1 sam contra omnes sua interesse putantes, ideo † contra omnes debebat venire, instructus, paratus, & informatus, & ideo dilatio, quæ datur ad
2 effectum illum, debebat negari, quia certus † certiorari non debet. Hoc non obstante determinarunt Domini dandam esse dilationem, quia non venit vigore clausulæ (& omnes interesse putantes &c.) sed specialis commissionis. Item ob interuentum nouæ personæ venientis ad causam, contra quam non erat instructus: quia licèt haberet iura sua parata, po-
3 terat tamen opponere † contra personam ipsius, & hoc coram D. Ioanne Clerici in vna Hispalen. canonicatus & prabendæ.

EPITOME.

Actori danda est noua dilatio propter interuentum nouæ personæ peten. admitti pro suo interesse vigore suæ specialis commissionis.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum, sua, ad proferentem refertur. & num. 4.*
2 *Dilatio non est danda venienti ad causam, qui nunquam vsus fuit propria commissione.*
3 *Commissionis specialis vigore sine aliquo interesse quis debet admitti.*
4 *Citatio quando referatur ad commissionem secundam.*

DECISIO III. aliàs 8.

COram D. Camillo, actor qui commiserat causam contra Titium, & interesse putantes, petebat dilationem contra quendam, qui admis-

sus fuerat ad causam pro interesse suo, & ad eam obtinendam allegabat, quòd in actis erat commissio specialis nomine illius, & quando admissus
,, fuit, citatio dicebat: [ad videndum illum admitti ad causam pro inte-
,, resse suo, iuxtà tenorem suæ commissionis,] vnde interuentu nouæ personæ videbatur dilatio concedenda, maximè quia, vt dicebat vnus ex Do-
1 minis, hoc relatiuum + (suæ) deberet referri ad commissionem ipsius proferentis, ad not. per Bart. in l. cum in testamento, de aur. & arg. leg. Hoc tamen non obstante, maior pars Dominorum fuit in voto non essen-
2 dandam + dilationem, ex quo non apparebat, quòd ille, qui venerat ad causam, vsus vnquam fuisset sua propria commissione, quia non citauerat partem ad dicendum contra commissionem, vt solet fieri, vnde de facili posset esse, quòd illa commissio sine eius consensu per alium fuisset impetrata. Et ad hoc corroborandum faciebant verba illius citationis (ad
3 videndum se admitti pro suo interesse) nam quando quis admittitur + vigore specialis commissionis, sine aliquo interesse debet admitti. Meliùs tamen considerata materia in audientia sequenti, fuit conclusum contrarium, scilicet dilationem dandam, ex quo prædicta citatio dicebat (ad videndum admitti ad causam iuxtà tenorem suæ specialis commissionis) quod verbum (specialis) non potest congruè referri, nisi ad commissionem ipsius citantis, & pro hac parte considerarunt Domini bene facere
4 dictionem + (suæ,) ad d. doctr. Bar. in d. l. cum in testamento: benefaciebat etiam secundùm me, quia commissio prima actoris erat contra certum, & omnes interesse putantes, & in executione citationis nominãdos, & sic non simpliciter, vnde cùm non nominasset aliquem, non poterat iste petere se admitti vigore commissionis actoris ex illa clausula: (Et om-
5 nes interesse putantes;) ergo + de necessitate citatio debebat referri ad commissionem secundam. Hæc tamen ratio aliquibus non placebat, non tamen vidi plenè responsum, & hoc in vna Burg. inter duos Rotæ Notarios Franciscum Ortez, & Nicolaum Saona.

EPITOME.

Dilatio non datur spoliatori, etiam adhuc non probato spolio.

DECISIO IV. aliàs 12.

* Vide Cassad. decis. 2. hoc tit. Menoch. de recup. poss. remed. 15. q. 25 num. 323.

Spoliator * petebat dilationem, fuit dictum per Dominos antiquos, quòd licèt aliàs fuisset facta distinctio, An esset de spolio aliquid probatum, & non daretur, Aut nihil, & daretur, vt ex iuribus habendis posset reus se excusare, & probare non spoliasse: Tamen vltimò Rota tenuit simpliciter, quod non debet dari, ne spoliator foueatur in sua intrusione, quia Aut spolium probabitur, & tantò citiùs debet spoliator, & delinquens expelli, Aut non probabitur, & tãtò citius absoluetur, nec per hoc sibi tollitur facultas se defendendi & habendi iura ad se excusandum, quia cùm soleat causa durare in prima instantia saltem per sex menses, satis potest interea mittere pro dictis iuribus.

EPI-

EPITOME.

Dilatio non datur reo ex alio iure venienti, quamuis detur actori.

DECISIO V. aliàs 23.

REus citatus iam per annum petebat sibi dari dilationem, ex quo dicebat velle venire ex nouo iure cuiusdam defuncti in partibus; & velle habere tempus ad habendum illius iura, & instrumenta possessionis eiusdem: Domini mihi dixerunt, quòd licèt quando actor venit ex nouo * iure alterius, reo debeatur dilatio, vt se possit de illo, & de eius iuribus informare, an postea velit cedere, vel contendere; Tamen quando idem reus venit ex nouo iure, ei non debetur, quia omnino apparet de eius mente, quòd etiam si illud ius non esset bonum, vult contendere, quia antequam haberet illud ius cum actore sustinebat litem, & ista est vera ratio, quæ satis videtur colorata.

Sicut etiam actori datur, qui cōmisit causā super vno iure, & pēdente lite re aliud ius producit. Cassad. dec. 7. hoc tit Caputaq. decis. 260. lib. 1. impress.

EPITOME.

Dilatio denegatur reo citato vigore primæ commissionis literis non expeditis, etsi vigore alterius commissionis fuerit Iudici data iurisdictio.

DECISIO VI. aliàs 46.

REus citatus vigore commissionis impetratæ, literis non expeditis, sine derogatione regulæ, & sic sine iurisdictione seruatis terminis, licèt vigore nouæ commissionis fuerit data Iudici iurisdictio, non debet habere dilationem, ex quo debebat sibi priùs prouidere: poterat enim, vt præsumitur, ignorare nullitatem commissionis, & literas non esse expeditas, & hoc secundùm maiorem partem Dominorum, licèt aliqui contrà, in vna Illerden. canonicatus, & præbendæ coram me.

EPITOME.

Ad opponendum contra iura nouiter producta, debet pars aliqualiter expectari.

SVMMARIVM.

1 *Termini in Rota sunt peremptorij.*
2 *Dilatio quãuis non detur in casu de quo hic, expectatur tamen ex æquitate.*

DECISIO VII. aliàs 57.

1 OMnes termini licèt in Rota † sint peremptorij, & ideo nòn videatur debere dari dilationem ratione nouorum iurium productorum, ex quo in termino ad dicendum contra, petita non fuerit, Tamen Domini
2 voluerunt debere expectari vsque ad aliquod tempus, † vt contra illud ius possit excipere, & hoc in vna Placentina parochialis coram D. Io. Clerici.

EPI-

EPITOME.

Dilatio non datur aduersus gratiam si neutri.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio datur ratione iurium nouiter productorum.*
2 *Gratia si neutri datur quia nulli ius competit.*

DECISIO VIII. aliàs 58.

1 DIlatio, licèt detur ratione † iurium nouiter productorum, tamen si
2 producatur gratia si neutri, † quæ conceditur, quia nulli ius competit, non debet dari, secundùm omnes in vna Hispalen. canonicatus & præbendæ coram D. Io. Clerici.

EPITOME.

Dilatio non datur procuratori ad consulendum principalem monitum ad docendum se paruisse literis pensionis, in quibus est regressus ob non solutionem.

DECISIO IX. aliàs 97.

MOnitus ad docendum se paruisse literis Apostolicis, vbi erat pensio, & ob illius non solutionem regressus, si postea solutione non probata, actor petat declarari locum fuisse regressui ob non solutionem, non debet eius procuratori in Curia dari dilatio ad consulendum principalem monitum vt supra, secundùm Dominos in vna Toletan. pension. coram D. Camillo, ex quo in monitorio ad docendum de solutione, veniebat regressus ob non solutionem accessoriè, de quo monitus certioratus, poterat mittere procuratorem ad se defendendum, vel cedendum.

EPITOME.

Dilatio datur actori, reo cedente in tertium, qui venit ad causam.

DECISIO X. aliàs 99.

DAtur dilatio actori, reo cedente in tertium, si ille tertius venit ad causam, licèt ex iure rei vocati, ratione nouæ personæ cessionarij, vt in vna Abulen. beneficij coram D. Aragonia.

EPITOME.

Ordinarius potest prorogare tempus quatuor, vel sex mensium ad præsentandum patronis a iure concessum.

SVMMARIVM.

1 *Terminus à iure statutus quando à Iudice prorogari possit, & num. 5.*
2 *Ordinarius, post patronos, per sex menses potest prouidere, nec antea deuoluitur ius ad superiorem.*

Ius

3 *Ius conferendi, post tempus ordinario concessum, deuoluitur ad superiorem.*
4 *Papa concurrit cum quolibet Ordinario.*

DECISIO XI. aliàs 148.

ORdinarius * potest tempus quatuor, vel sex mensium concessum patronis à iure ad præsentandum prorogare, vt possint meliùs patroni pro idoneo præsentando deliberare, secundùm Dominos in vna Placentina coram D. Petro, quia ex causa Iudex † potest terminum à iure statutum abbreuiare, & prorogare, vt per Bart. & Doct. in l.2. de re iud. & Canon. in c. cum sit Romana, de appell. & licèt tempus prædictum videatur à iure limitatum ob publicam vtilitatem, ne diutius Ecclesia careat rectore, adeò vt per hoc non deberet posse fieri prorogatio: tamen cùm post patronos † possit Ordinarius per sex menses prouidere, nec antea ad superiorem deuoluatur potestas conferendi, ad not. per Gemin. post alios in c. 1. §.1. vers. quid si laicus, de iur. patr. in 6. & decis. 313.al.6. de sup.negl. præl. in nou. & facit decis. 6. de iure patr. in nouis: non est ratio, cur non possit & hoc patrono concedere, & per hoc intelligitur prorogationem valere in sui præiudicium, non superioris, ad quem post tempus Ordinario concessum † deuoluitur ius conferendi, vt est de mente Angel. de Peruſ. in d.l.quem sequitur. Abb. in d.c.cum sit Romana: in 3.col.cum seq. per tex. in c. ex insinuatione, eo. tit. & in c. venientes, de iur.iur. facit l.cum dies, §.arbitro. & ibi Bald.ff.de arbitr. Item per hoc videtur quòd etiam sine aliqua causa possit prorogare, ex † quo non agitur de præiudicio alicuius, nisi ipsiusmet prorogantis, arg. not. per Bart. & Alex. in l. cum stipulatus sim, de verb. oblig. & not. per Ant. de Butr. in c.significasti, in fin.4.col. vers. item quando non interest, de appell. & Angel. in l. siue pars, C. de dilat. nam omnes Doct. discutientes, An terminus à iure præfixus possit prorogari, loquuntur † quando factum tangit ius partis, vt per Abb. in d.c.cùm sit Romana, in princ.3.col. benè verum est, quòd quia Papa concurrit cum quolibet Ordinario, & post quatuor, vel sex menses, posset ipse sicut Ordinarius conferre, forsan dicta prorogatio non præiudicabit Papæ, quò minus iure ordinario, absque alia derogatione iurispatronatus prouidere possit, licèt hoc aliquibus Dominis non placuerit, nec fuerit plenè discussum, cum secundùm omnes principaliter agatur de præiudicio Ordinarij, ad not. per Abb. in c. 1. num.10. de locato.

Margin numbers: 1 (centina coram D. Petro…), 2 (men cùm post patronos…), 3 (post tempus Ordinario…), 4 (hoc videtur…), 5 (terminus à iure…).

* Vide Lambertin. de iur. patr. 2. par. q. 1. art. 27. & 28 q. 6. art. 22. num. 5.

EPITOME.

Ordinarius prorogat tempus præsentandi patronis discordantibus, si in beneficio posuit œconomum.

DECISIO XII. aliàs 200.

PRorogatur tempus patrono, ad præsentandum, vt fieri possit melior deliberatio, vt supra decis. proxima, si Ordinarius, propter discordias inter patronos in iure præsentandi, posuerit in beneficio œconomum tempo-

temporalem, iuxtà cap. cum vos, de off. ord. ad quod facit decis. 1. de conceß. præbend. in antiq. secundùm Dominos in vna Treueren.*

* De qua infra de Iure patr. decis. 5.

E P I T O M E.

Gratiæ si neutri productæ in iudicio, si aduersarius habuit notitiam, non impeditur procedi ad vlteriora.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia si neutri dicitur nouum ius, & debet parti intimari.*
2 *Propter nouum ius noua dilatio petitur.*

DECISIO XIII. aliàs 201.

1 GRatia si neutri, † quæ quia dicitur nouum ius, ad decis. 24. de rescrip. in nou. debet alteri parti intimari: * sufficit tamen secundùm Dominos in vna Treueren. parochialis, si post eius productionem procurator alterius partis pluries in actis comparuit actiuè, vel paßiuè, ita quòd
2 huiusmodi gratiæ notitiam habuit, quia licèt propter nouũ ius † nouam dilationem petere potuisset ad consulendum principalem; si tamen non petijt, procedi non impeditur absque alia intimatione facienda principali, ad quod vide decis. 11. vt lit. pend. in nou. & Philipp. Franc. in c. si hi contra quos, in vlt. not. eod. tit. in 6.

* Adde dec. 320. al. 13. de dolo & contum. in nou. Dec. conf. 39 num. 2.

Sub hoc titulo, caderent etiam decis. 8. & 9. infra de probatio.

D E F E R I I S.

E P I T O M E.

Nullitas testium examinatorum vigore remissoriæ decretæ die feriata, sanatur commissione, quòd refectis, expensis, & reiectis nullitatibus, eis aliter ritè examinatis fides, prout iuris fuerit, adhibeatur.

S V M M A R I V M.

1 *Rescriptum non vitiatur ex alijs causis falsis, si vna vera exprimatur sufficiens ad mouendum Principem.*
2 *Clausularum: pro vt iuris fuerit; & aliàs prout iuris fuerit; differentia, & num. 4.*
3 *Taciturnitas cur inducat surreptionem.*
4 *Feriæ non obstant in his, quæ concernunt periculum animæ.*
Remissoria an sit danda, vel non, requirit causæ cognitionem.
5 *Feriarum tempore an causæ cognitio sit facienda.*

DECISIO I. aliàs 9.

REmissoria, in vna Lunen. Sarzanen. Castrorum, ad probandum paritionem circa relaxationem possessionis ex parte officialium sancti Georgij Ianuens. contra quendam Melchiorem de Malaspinis fuerat per D. Petrum decreta die sabbati non iuridica, & die præcedenti, quæ erat dies veneris, Dominus in audientia monuerat partes præsentes pro die cra-

crastina in eius domo ad videndum decerni remissoriam ex ordinatione
Rotæ: fuit remissoria expedita, & in partibus testes examinati cum in-
terrogatorijs partis aduersæ. Dubitabatur coram me, An dictis testibus
deberet adhiberi fides, tanquam nulliter examinatis propter decretam
remissoriam die non iuridica. Obtinuerunt dicti officiales vnam cōmis-
sionem, in qua narrabant, quòd duobus diebus sequentibus iuridicis fue-
rat pars citata ad videndum admitti articulos in Curia, & extra, & quòd
fuerant admissi, & attento quòd cum interrogatorijs partis aduersæ, &
cum eorum magna impensa testes fuerant examinati, quòd refectis ex-
pensis, & reiectis nullitatibus, testibus aliàs ritè, & rectè examinatis, fi-
des, prout iuris fuerit, adhiberetur. falsum tamen erat, quòd duo illi
dies sequentes essent iuridici, quia erat tempus feriarum generalium, ta-
1 men quia vna ratio † de expressis, scilicet quod cum interrogatorijs fue-
rant examinati, quæ de se sola sufficiens erat ad mouendum Pontificem,
vt reijceret nullitates, vt passim in Signatura conceditur, erat vera, non
per hoc ex alijs falsis vitiaretur rescriptum, ad decis. nostram 68. al. 7. de
rescript. in nou. Vnde cùm Papa dicit reiectis nullitatibus, fides, prout
2 iuris † fuerit, adhibeatur, debent dictæ nullitates expressæ reijci, & si in
alijs non est aliquis defectus, debet præstari fides: & licèt vnus ex Domi-
nis dixerit, quòd debebat commissio dicere: & aliàs prout iuris fuerit:
quia tunc expressas nullitates videtur excludere, ad glo. magnam in c.
vt circa, de elect. in 6. & Gem. latè in cons. 88. in penult. col. tamen ma-
ior pars DD. tenuit, quòd idem importet in casu nostro, ex quo expressè
dictum fuit, reiectis nullitatibus. Opponebatur etiam contra dictā com-
missionem aliud, quòd iam super nullitate dictæ remissoriæ causa fuerat
commissa, de qua litis pendentia in commissione sanatoria mentio facta
non fuerat, quod videbatur inducere surreptionem, & per consequens in-
ualiditatem, ad not. in c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. Quo non obstante,
vnus ex Dominis pro validitate allegauit vnam rationem satis bonam, &
3 coloratam, nam taciturnitas † ideo inducit surreptionem, quia illa ex-
pressa, Papa vel non concessisset, vel difficiliùs ad not. in d. c. super literis,
de rescript. Sed si Papa præsupposita nullitate certa, & indubitata, vult
eam omninò sanare, tantò magis hoc fecisset, si ei narratum esset super
illa litem pendere, & sic de nullitate propter litem dubitari, facit in arg.
decis. Aegid. 115. Faciebat etiam pro officialibus, quia cùm ipsi essent ex-
communicati, & vellent per remissoriam probare paritionem ad effectum
absolutionis, satis videbatur hoc posse fieri tempore feriarū, quia in his,
4 quæ concernunt † periculum animæ, feriæ non obstant, ad doctr. Host. in
c. vlt. § quibus, de ferijs. Hæc tamen ratio finaliter non mouit Dominos,
5 quia An danda esset remissoria, vel ne, requirebat causæ cognitionē, † quæ
non debet fieri tempore feriarum etiam in istis ad not. per Host. in sum-
ma de ferijs, §. quid in his, vers. sed quæ pertinent. & Spec. co. ti t: §. sequi-
tur, vers. porrò. Sed contrarium videtur velle Feder. cons. 11. vnde vide
Abb. & Doct. in d. c. vlt. de ferijs.

DE CAVSIS POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

EPITOME.

Attentatum non dicitur, si eodem die quo reperitur causa commissa in Rota, pars citata ad dicendum contra, fecerit exequi monitorium A. C.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum non præsumitur.*
2 *Actus præsumitur factus tempore licito.*
3 *Possessor absens, quando non amittat possessionem.*
4 *Intrusi possessio caret omni iuris effectus.*

DECISIO I. aliàs 53.

CAsalen. beneficij, coram D. Io. Paulo, reperiebatur vna & eadẽ die causa commissa, & citata pars ad dicendum contra, & quoddã monitorium executum contra actorem ex parte citati coram A. C. ad satisfaciendũ ei de fructibus perceptis: dictum fuit hoc non fore attentatum,
1 † cùm non appareret de anterioritate, & præsumendum sit factum
2 † tempore licito, ne præsumatur delictum, ad l. merito, ff. pro soc. & sic ante citationem ad dicendum contra cõmissionem, ad decis. Aegid. 699. & Felyn. in c. super literis, col. 8. in fin. vers. limita primo, de rescrip. In
3 eadem fuit dictum, quòd, licèt quando possidens † est absens, (quo casu retinet ciuilem animo,) alius vsurpet, seu intret possessionem, ipso ignorante, & sic clandestinè, non dicatur primus possessionem amittere, ad l. clam possidere, §. qui ad nundinas, de acquir. possess. Si tamen beneficium vacauit in Curia, & quis in eo se intrudat, non habens titulum Apostoli-
4 cum, propter decretum quod inficit possessionem, non † dicitur possessor, sed potiùs detentator, & illa sua ciuilis non debet operari iuris effectum, quin prouisus Apostolicus accipiendo possessionem instrumentalem, dicatur eam acquisiuisse, non obstante illa ciuili intrusione, quæ vt dixi caret iuris effectu.

EPITOME.

Annalis possessio pacifica non interrumpitur per citationem nullam.

SVMMARIVM.

1 *Possessor pacificus vt quis desinat esse, sufficit molestia facti, & extraiudicialis.*
2 *Actus nullus non impedit effectum facti.*
3 *Citatio nulla non impedit cursum regulæ de annali, nec præscriptionem interrumpit.*
4 *Interpellatio extraiudicialis causat malam fidem, & interrumpit præscriptionem.*

Anna-

5 Annalis poſſeſſio fouet intruſum, & detentorem ſine titulo.
6 Turbatus quomodo quis dicatur in poſſeſſione, & num. 7.
8 Lis ſola facit quem non eſſe pacificum poſſeſſorem, & num. 11.
12 Citatio nulla nullum habet iuris effectum.

DECISIO II. aliàs 73.

VTrum citatio nulla * ita interrumpat, vt quis deſinat eſſe pacificus poſſeſſor, quò minus habeat locũ regula de annali,* fuit dubitatum in vna Cæſarauguſtan. Cantoriæ coram D. Camillo de menſe Octobris
1 1531. & licet videretur dicendum, quòd cum ſufficiat † moleſtia facti, & extraiudicialis ad faciendum quem deſinere pacificè poſſidere, ad not. per omnes in clem. gratiæ, de reſcript. & in c. commiſſa, de elect. in 6. & in c. de multa, de præbend. ſatis dicatur citatus de facto moleſtatus, licèt
2 per actum de iure nullum, quia actus nullus † non impedit effectũ facti, ad l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſ. bene facit conſ. Gemin. 78. col. 3. quòd moleſtia data clerico in via iudicij per iudicem laicum, & ſic nulliter, fa-
3 cit ipſum non pacificè poſſidere, ad d. clem. gratiæ. Tamen † maior pars Dominorum tenuit, quòd per dictam citationem non impediatur curſus regulæ de annali; moti, quia ſecundùm aliquos citatio nulla non interrumpit præſcriptionem,* vt per Doct. & latè Iaſ. in l. vlt. ff. de eo per quem factum &c. per Felyn. in c. ex tenore, de reſcrip. idem Abb. & alij in c. illud, de præſcript. Tamen hoc ſecundùm me non faciebat, quia licèt eſſet vera contraria opinio, vt puta quando propter informationes poſſeſſor eſt factus malæ fidei, vt dicunt Doct. in d. c. illud, hoc eſſe poſſet, quia ſecundùm Bart. in l. item ſi verberatus, §. vlt. de rei vend. etiam interpella-
4 tio † extraiudicialis cauſat malam fidem, quæ interrumpit præſcriptionem, hoc autem nihil ad caſum noſtrum: Quia dato quòd per dictam citationem nullam poſſeſſor efficeretur malæ fidei, per hoc non impedire-
5 tur annalis præſcriptio, † quæ non requirit bonam fidem, immò fouet verum intruſum, & detentorem ſine aliquo titulo. Aliqui etiam moti fuerunt per doctr. Bald. in l. ordinarij, C. de rei vend. & Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti, ff. vti poſſ. vbi voluerunt, quem non dici turbatum
6 in poſſeſſione, † niſi ſit impedimentum turbatiuum in ipſa re, vel in perceptione fructuum, & ita loquitur conſ. Gemin. Tamen ſecundùm veri-
7 tatem loquuntur † in interdicto vti poſſidetis, in quo requiritur moleſtia, & turbatio de facto in ipſa re, ad l ſi duo, §. hoc interdictum, ff. vti
8 poſſidetis, vnde lis non ſufficit, † quæ tantùm facit quem non eſſe pacificum poſſeſſorem, vt eſt textus notab. & ibi Abb. & Dec. in c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. Nihilominus quòd quis turbari non poſſit, niſi in ipſa re, vel quando turbatur quòminus vadat ad ipſam rem, videtur textus, & ibi gloſ. & Bald. in l. 1. C. vbi de poſſ. agi oport. Allegabatur etiã pro iſta
9 opinione, quia licèt lis † mota (vt dixi) faciat quem non eſſe pacificum poſſeſſorem, eſt verum de iure, tamen non deſinit eſſe pacificus poſſeſſor de facto, vt bene arguitur ex his, quæ tradit Rota deciſ. 3. de cauſ. poſſ. & propr.

* Vide Gomeſ. ſup reg. de Annali q. 45. vbi meminit huius deciſ. & eã latè examinat, & ſuper reg. de triẽnal. q. 53.

* Et quòd nõ interrumpat curſum trieñalis poſſeſſionis. Caputaq. dec 109. lib 1. impreſſ.

* De quo Balbus de præſcrip. 3 par. 6. par. princip q. 4.

propr.in antiq.& decis.3.de præben.in nouiss.& Aegid.decis.597.ergo ista molestia citationis nullæ non facit quem non pacificũ de facto,quia etiam si esset valida,per hoc non faceret esse non pacificum possessorem de iure, quia nullum habet iuris effectum. Et tantò magis quia in casu nostro citatio erat nulla ex defectu iurisdictionis, quia commissio causæ erat obtenta literis non expeditis, quo casu regula dicit, quòd nullius sit roboris, & momenti; licèt ergo sit aliqualis molestia, non est talis, & considerabilis ad impediendum effectum regulæ de annali. Et ita reperitur aliàs in Rota iudicatum fuisse, vt refert Petrasancta in fine cuiusdam informationis D. Angeli de Cæsis, qui erat pro hac parte Aduocatus.

EPITOME.

Negans possidere, & ius habere, non potest opponere inualiditatem pensionis, secus si negat possessionem tantùm, quamuis procedatur cum clausula, sine retardatione &c.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis inualiditatis exceptio non potest opponi per negantem se possessorẽ.*
2 *Exceptio non opponitur nisi per eum cuius interest.*
3 *Clausula, sine retardatione, non obstat non possidenti.*
4 *Pensionem soluere non tenetur, qui non possidet, nisi sua culpa nõ possideat.*
5 *Possidet is, per quem stat quominus possideat.*

DECISIO III. aliàs 86.

Petenti pensionem super tali canonicatu, & præbenda sibi assignatam, 1 non potest opponi exceptio † inualiditatis eius per reum negantem se possessorem, & non fatentem se habere ius in illo canonicatu, super quo fuit pensio assignata, quia secundùm eius negationem non habet ipse interesse, nec eius interest declarari pensionem inualidam, quæ exceptio 2 non potest allegari † nisi per eum, cuius interest, * si autem negaret se possessorem, sed bene ius sibi cõpetere ad illum canonicatum, & præbendam, quia tunc eius interest, quando haberet possessionem, ad dictã pensionem forsan non teneri, posset opponere, non obstante commissione, quòd audiatur fine retardation. solutionis pensionis, quia non dicitur retardari, ex quo cùm non constaret adhuc ipsum possidere, non posset ad pensionem interim condemnari, * nisi ex eo capite fortè, quia per eum staret quò minus possessionem fuerit assecutus. arg. c. commissa, de elect. in 6. & cap. licèt Episcopus, de præbend. eo. lib. & glos. in clem. si plures, eo. tit. Sed hæc secunda pars non fuit inter Dominos plenè discussa; ideo locutus sum per verbum, forsan, & hoc in vna Corisopiten. coram D. Io. Maria.

*Ad not. per Florian. in l. proprium, ff. cõmun. pred. & ibi Bald.

* Mohed. decis. 1. & 30. de renunc. Gig. de pension q. 39. & 62. & respõso 29. nisi in literis adsit clausula, habita vel non habita possessione, vt in casu decis. Mohed. 166. al. 15. de præben. quia, etiam si non possideat, tenetur soluere. Dec. cons. 312. col. fin. Caputaq. decis 364. lib. 1 manuscr. quod tamen Rota intelligit pro vno vel duobus annis tantum, vt in vna Palentina pensionis 10. Maij 1581. resolutum fuit coram R. P. D. Hipp. Aldobrandino, nunc S. D. N. Clemente PP. VIII. vt in decis. 699. lib. 1. diuers. Venet. impress.

EPI-

EPITOME.

Regula de annali non requirit titulum, de triennali ſic.

SVMMARIVM.

1 *Reg. de triennali requirit titulum.*

DECISIO IV. aliàs 34.

DIfferentia eſt inter regulam de annali,* & de triennali poſſeſſore; quia prima non requirit titulũ, ſecunda vero ſic, & ita ſemper,& pluries vidi iudicatum.

* Vide Gomeſ. ſuper reg de annali q 8.

EPITOME.

Cedens liti, niſi malitioſè id faciat, non condemnatur in expenſis.

DECISIO V. aliàs 41.

SI citatus dat mandatum, & hoc tantùm ad allegandum qualiter ipſe non eſt poſſeſſor, nec vult eſſe, & quod ei non competit aliquod ius in beneficio, & ſic tacitè videtur nolle litigare, & cedere liti, euitat cõdemnationem expenſarum, ſi aliàs non conſtat, quòd malitioſè hoc dixerit, ſcilicet quia eſſet verè poſſeſſor: Debet tamen actori dari canonizatoria ſuper titulo ſuo, ſecundùm omnes in vna Aſtoricen. Prioratus coram D. Paulo.

EPITOME.

Regula de triennali non habet locum, etiam ſi non conſtet de citatione aliàs, quàm per mandatum aduerſarij, in quo ſe citatum fatetur.

DECISIO VI. aliàs 5.

NOn apparebat de tenore commiſſionis, niſi de præſentatione tantùm, nec de aliqua executa citatione. Erat tamen mandatum rei in actis productum, in quo erat conſtitutio procuratoris ſpecialiter ad illam cauſam,& fatebatur reus ſe citatum ad inſtantiam illius actoris ſuper beneficio, de quo agebatur in Romana Curia. Dubitatum fuit,quia reus erat poſſeſſor triennalis effectus,An poſſet ampliùs moleſtari. Commiſſio D. Camilli dabat arbitrio Auditoris. Tenuerunt omnes Domini, quòd non haberet locum regula de triennali, licèt de citationis executione non appareret, quia ſatis de ea conſtabat per mandatum productum, in quo aderat confeſſio aduerſarij.

EPITOME.

Subrogatus in iure alterius, etiam quò ad executoriales, non aſſequitur poſſeſſionem illarum vigore, ſi auctor eius illam habuerat, & amiſerat.

DECISIO VII. aliàs 110.

SVbrogatus in iure alicuius, etiam ad proſecutionem executorialium, non poteſt illarum vigore conſequi poſſeſſionem, ſi probetur quòd

E defun-

defunctus iam illarum vigore eam habuerat, non obstante quòd infra duos menses resignauerit, & per consequens possessionem amiserit, ad decis.67. al. 2. de renunc. in antiq. quia non probatur ex eo amisisse detentationem, ad decis.158.al.1.de renunc.in nou. Ideo non probato, quòd infra annum à die captæ possessionis obierit, & quòd aduersarius infra illud eam adeptus fuerit, Domini in vna Illerden. canonicatus coram D. Petro fuerunt pro absolutoria.

EPITOME.

Possessor malæ fidei cum titulo tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, si cum minore agatur, licèt aliàs secus.

DECISIO VIII. aliàs 176.

POssessor malæ fidei cum titulo, licèt non teneatur ad fructus, qui percipi potuerunt, vt per Doct. in l. si fundum, C. de rei vend. & Abb. in c. grauis, de restit. spol. tamen secus erit, quando cum pupillo, vel minore ageretur, secundùm Dominos in vna Romana hæreditatis de Thebaldis coram D. Aragonia, per glos. in l. patri pro filio, §. si pecuniam, vers. item ex diuerso, de minoribus, per Rom. in cons. 454. num.28. & in singulari 534. tu habes, & per Ias. in l. apud Iulianum, §. fructus, ff. de leg. 1.

EPITOME.

Regula de annali requirens expeditionem causæ, intelligitur de causa in petitorio.

DECISIO IX. aliàs 237.

* Vide Gomes. super hac reg. q. 66

REgulæ de annali * non satisfit per sententiam latam infra annum super spolio, sed debet esse in petitorio, vt verba, & mens dictæ regulæ sonare videntur, dum dicit, causam in impetratione debere exprimi, ex qua nullum in dicto beneficio possessori ius competere constet, & continuatiuè dicit, & ipsum possessorem ad iudiciũ euocari facere, causamq. ex tunc desuper infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prosequi debeat, & teneatur. & sic super eo quòd possessori in beneficio nullum ius competat, quod fit per sententiam latam in petitorio, non autem in possessorio. & hoc in vna Hispalensi Scholastriæ secundùm Dominos coram D. Aragonia.

EPITOME.

Regulæ de annali subiecto, ex æquitate ob iustam causam litigandi, subducitur tempus, quo suspenso petitorio per aduersarium, proceditur super spolio, quamuis in eo succumbat.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali subiectus infra annum tenetur facere expedire causam.*
2 *Impedimentum, quod quis submouere potest non excusat, nec quod sua culpa euenit.*

Fata-

3 *Fatalia, quando super attentatis proceditur, currant, si quis succubuerit, alias secus.*

DECISIO X. aliàs 242.

1 Regulæ de annali * subiecto, qui infra annum † causam super possessorio expediri facere tenetur, suspenso per aduersarium petitorio, si in possessorio subiectus succubuerit, licèt videatur non esse subducendū tempus, quo super possessorio est processum, ex quo in facultate sua erat ta-
2 le † impedimentum, puta cedendo spolio, tollere, ad text. in l. quibus diebus, in princ. de cond. & demonstr. ibi, per te staret quò minus eum submoueres, & not. per Bald. in l. Sed etsi per prætorem, §. 1. per illum textum, ff. ex quib. cau. maio. & latè per Felyn. in c. ex transmissa, in princ.
3 de rescript. & argumento eius, quod dicitur, quòd licèt tempore, † quo super attentatis proceditur, fatalia non currant, ad decis. 79. de appell. in antiq. secus tamen esset, quando super attentatis quis succubuerit, ad decis. 15. de appell. in nou. & quia culpa, & fraude sua tale impedimentum superuenit, ad not. per Bald. & Doct. in authen. ei qui, C. de tempor. appell. in l. contra maiores, C. de inoff. test. Tamen propter iustam causam litigandi super spolio, quam Domini in vna Hispalen. Scholastriæ coram D. Aragonia ex multis cognouerunt, fuerunt pro excusatione, & quòd annus prædictæ regulæ interim non currat, ad not. per Bald. in d. l. contra maiores, ad fin. & plenè deducta per Dec. in c. ex ratione, col. 8. de appell.

* Vide Gomes. super reg. de Annali q. 66. & 71.

EPITOME.

Regulæ de triennali verba illa, antiquas lites penitus extinguendo, quomodo intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Antiquæ lites, quæ dicantur in reg. de triennali.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*
3 *Pacificus possessor quis dicatur.*
4 *Antiquum intelligitur secundum subiectam materiam.*
5 *Beneficij titulus, & proprietas longo tempore amittuntur.*
6 *Prouisiones beneficiorum longo tempore censentur haberi pro derelictis.*
7 *Lites ciuiles triennio extinguuntur, criminales biennio, de Iure ciuili.*
8 *Lis non finitur nisi per sententiam, vel mortem vtriusque partis.*
9 *Verbum, antiqua, exponitur, idest præterita.*

DECISIO XI. aliàs 13. lib. 2.

Regula de triennali, * dum triennalem pacificum possessorem tuetur,
1 antiquas lites † penitus extinguendo, fuit dubitatum in vna Conchen. præstimonij coram D. Sarnensi, de intellectu eius, cùm regula ex-
2 tinguendo litem, illam præsupponat, cùm priuatio † præsupponat habitum, ad l. decem, de verb. oblig. & l. manumissiones, de iust. & iur. Et stan-
3 te lite, quomodo possit dici pacificus possessor, † cùm debeat ad illius

* Vide Gomes. super hac reg q. 61 vbi huius decis. meminit.

verbi significationem cessare omnis molestia iuris, & facti, ad c. 1. cum ibi not. de confirm. vtil. vel inutil. & clem. gratiæ, cum ibi not. per Doct. de rescript. Vnde per alteram ex partibus dicebatur, quòd cùm verbum
4 † antiquas, intelligatur secundùm subiectam materiam, per longum, & aliquando minus spatium decem annorum, ad textum, & ibi Archid. Io. Andr. & Gemin. in c. 2. in princ. de sepultur. in 6. & Card. Mediolan. in c. 1. in princ. in notabilibus, qui feud. dar. poss. & text. in c. 1. de constitut. & c. auaritiæ, de præbend. & c. 1. ne sede vacante, & reperiatur longo tempo-
5 re † titulum, & proprietatem beneficij, vt habiti pro derelicto, amitti, vt dicit Abb. in c. contingit, col. 4. de dol. & contum. & Oldrad. consil. 1. col.
6 2. & prouisiones beneficiorum † tali tempore censeri haberi pro derelictis, ad consil. Anchar. 405. Vnde sicut perditur possessio, & proprietas in temporalibus, multo magis erat credendum, secundùm eos, Papam lites execrantem pro vtilitate publica ecclesiarum, & beneficiorum, ad c. finem litibus, de dolo & contumac. & c. cordi, de app. in 6. voluisse lites, quæ longo tempore pependerunt, extinguere, vt videmus eadem ratione
7 triennio † iure ciuili, ciuiles lites extingui, ad l. properandum, C. de iud. & biennio criminales, ad rubr. C. vt infra certum tempus quæstio criminalis &c. pro quo etiam facit glos. in clem. 1. ver. prosequatur, vt lit. pend. & quod habetur in l. peregrè, ff. de acquir. poss. Quia tamen de iure est con-
8 trarium, vt longo etiam tempore lis non † finiatur, nisi per sententiam, vel mortem vtriusque partis, ad not. per Io. Andr. in nouell. in c. 1. vt lit. pend. in 6. per Rot. decis. 10. eod. tit. in nou. Iste intellectus non placuit Dominis: Vnde ab alia parte dicebatur, quòd licèt regula extingueret lites antiquas super beneficijs motas, tamen debebat intelligi de litibus motis contra possessorem, vt ex cursu tanti temporis, & negligentia committentis causam, & introducentis litem, videatur haberi lis pro derelicta, ad superiùs allegata: secus autem, secundum eos, in lite mota per ipsummet possessorem, vt erat in superiori causa, quia tunc cessante negligentia alterius collitigantis, qui non fuit principalis ad mouendum litem, culpa ipsius possessoris, vel negligētia non debebat sibi esse proficua: quia tamen & iste sensus est restrictiuus litteræ, ideo fuit intellecta, vel secundùm duos ex Dominis, quando est lis mota contra prædecessores talium possessorum, vel per eos, scilicet prædecessores, vt regula Adriani declaret alias: vel secundùm alios Dominos, (quia superior intellectus etiam in regula Adriani videbatur dubius, cum dicatur ibi, contra huiusmodi possessores in eisdem beneficijs prædecessores &c. & sic loquatur de lite mota contra huiusmodi possessores, de quibus supra, scilicet triennales, aliàs esset necessarium dicere, etiam prædecessores triennales possessores fuisse, quod non esset dicendum) intelligantur dicta verba: antiquas lites, &c. operari in prima editione dictæ regulæ, & vt alij Pontifices similem regulam edentes eadem verba posuerint, licèt & sine illis idem effe-
9 ctus causaretur, vt scilicet tunc antiquæ lites † idest præteritæ, ad c. 1. ne sede vacante, & iam motæ extinguerentur .s. dummodò triennio quis pacificè

cificè iam poſſederit per priùs, vt ſi poſtea aliquæ lites motæ reperirentur tempore editionis dictæ regulæ, illæ penitus extinguerentur.

E P I T O M E.

Regula de triennali non ſuffragatur ei, qui infra terminum cauſam commiſit, ſi nemi-nem citauit.

S V M M A R I V M.

1 *Lis & cauſa dicuntur pendere in præiudicium actoris per ſolum decretum citationis.*

2 *Clem. 2. vt lite pendente non procedit in actore.*

3 *Poſſeſſio pacifica ceſſat ſtante lite.*

D E C I S I O XII. aliàs 55. lib. 2.

Regula de triennali non ſuffragatur ei, qui infra terminum cauſam commiſit, licèt per decretum citationis obtentum neminem citauerit, ſecundùm Dominos in vna Valentin. parochialis coram D. Raynal-
1 do, quia cùm in præiudicium + actoris cauſa, & lis tunc dicatut pendere, ad deciſ. 4. vt lit. pend. in antiq. & deciſ. 6. eod. tit. in nouis, & 11. de dolo & contum. in antiq. & 17. eod. tit. in nou. & Abb. & Felyn. in c. cauſam quæ, il 2. col. vlt. de teſtib. & optimè per Felyn. qui limitat diſpoſitionem
2 + clem. 2. vt lit. pend. non procedere in actore, in c. ſuper litteris, col. 8. in
3 fin. de reſcript. poſt Rom. in conſil. 330. col. 1. ceſſat + pacifica poſſeſſio requiſita per regulam, ſtante lite ad c. 1, de confir. vtil. vel inutil. & clem. gratiæ, cum ibi not. de reſcript. & ita Rotam ſæpius iudicaſſe atteſtatus fuit Reuerendiſſimus Card. Simoneta. *

* In eadem cauſa Mohe. deciſ. 1. hoc tit. vide Gomeſ ſuper regul. de trien. q. 56.

*Et eſt deciſio Caſſad. 6. ſuper reg. de triennali.

E P I T O M E.

Regula de annali iuuatur poſſeſſor non obſtante ratificatione commiſſionis ab aſſerto procuratore ſuper moleſtationibus obtentæ, quæ gratiam aduerſarij præceſsit.

D E C I S I O XIII. aliàs 212.

Annalis poſſeſſor, poſt datam gratiæ aduerſarij per ſex dies, obtinuit in Curia per aſſertum procuratorem commiſſionem cauſæ, in qua narrabat ſe moleſtatum, inquietatum, & perturbatum in poſſeſſione ſui Decanatus in partibus, & petebat ſuper talibus moleſtationibus, inquietationibus, & perturbationibus, cauſam committi, & quia beneficiũ exiſtebat in partibus Siciliæ, in ciuitate Agrigentina, neque potuiſſet de illis tam breui tempore notitiam habuiſſe, erat neceſſariò dicendum illam commiſſionem gratiam aduerſarij præceſſiſſe, & per conſequens non incidiſſe aduerſarium in regulam de annali, ſtantibus talibus perturbationibus, & ſic non exiſtente tunc annali poſſeſſore pacifico. Et licèt principalis talem commiſſionem non impetraſſet, tamen per aliquot menſes poſt ratificauerat expreſsè omnia & quæcunque acta, geſta, & procurata per illum aſſertum procuratorem, quia tamen ratificatio erat longè poſt,

* Vide Gomeſ. ſuper reg. de annali. q. 48. vbi huius deciſ. meminit. & in eadẽ cauſa eſt deciſ. 8. infra de Iurepatron.

quo tempore potuisset principalis de facili habuisse notitiam de prædictis molestationibus in partibus, & etiam illas fuisse ante impetrationē commissionis, non tamen ante gratiam aduersarij,& sic videns procuratorem euentualiter verum dixisse, ratificauerat, Domini voluerunt, quòd, ex quo necessariò talis confessio molestationum non concludebat ante datā gratiæ aduersarij, attento tempore ratificationis factæ per principalem, & non commissionis causæ,non præiudicaret, quòminus iuuaretur regula de annali.

EPITOME.

Regulæ de annali satisfit in secunda parte de euocando possessorem ad iudicium, si ille etiam non citatus, compareat ad iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Citatio statuto requisita suppletur præsentia.*
2 *Diligentia vnius ex collitigantibus prodest alteri.*

DECISIO XIV. aliàs 221.

*Vide Mandos.super regul.de annali q.68.

REgulæ de annali, * quæ requirit impetrantem teneri infra sex menses possessorem ad iudicium euocari facere, satisfit, si aliàs ipse possessor vltrò, etiam non vocatus venit ad iudicium per se, vel per alium, aut causam ipse committere faciat, & impetrantem vocet ad iudiciū, secundùm Dominos in vna Hispalen. Scholastriæ coram D.Nicolao Aragonia, arg.not.per Felyn.in c.1.de iud.in antepen.col. in c.cum oporteat,de accusat.col.1. & Alex. in l. de vnoquoque in princ. de re iud. post Archid.in c. proposuisti 82. distinct. & alios, de quibus per eos vbi supra; dum statuto requirenti citationem dicunt satisfieri per præsentiam,*ac etiā quia
2 diligentia † vnius ex collitigantibus prodest alteri,ad quod vide notat.in decis.7.& 37.de appell.in nou. ad l.eos, C.de appellat. cum similibus.

* Cassad.d.2. de Iud.Vant. de nullit. ex def.citat. nu. 17. cōmunē dicit Tiraq. de retract. lign.§.9.glo. 2.num.17.

EPITOME.

Ratificatio tacita gestorum per assertum procuratorem, post annalem possessionem pacificam, subsecuta, non nocet alleganti regulam, nisi expressè confiteretur.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali iuuatur, qui post annalem poss. tacitè ratificat commissionem ab asserto procur. obtentam, secus si expressè confiteatur.*
2 *Collatio beneficiorum non debet stare in pendenti.*
3 *Ratificatio quando locum non habeat.*
4 *Confessio, & declaratio quandocunque sequantur, confitenti præiudicant.*

DECISIO XV. aliàs 229.

* Vide Gomes. super reg.de annali. q. 49. vbi huius decis. meminit.

ANnali possessori * danti de regula,in vna Tridentina Decanatus coram D. Io. Clerici, opponebatur de lite, & sic de non pacifica possessione, attento quòd ante impetrationem reperiebatur ex parte possessoris

foris cauſa commiſſa in Curia, ad id quod dicitur ſupra deciſ. 13. hoc tit. & licèt reſponderetur commiſſionem talem eſſe impetratam & obtentã ab aſſerto procuratore, de cuius mandato non conſtabat, tamen replicabatur, quòd ex poſt in vno alio mandato dictus poſſeſſor approbabat, & ratificabat omnia geſta per illum talem procuratorem, volens etiam vti dicta commiſſione, citatione, & inhibitione obtenta, ex quo alia etiam tacita ratificatio ſequebatur, ad l. Paulus, ff. rem rat. haberi. & deciſ. 455. aliàs 39. de procurat. in nou. Nihilominus ſecundùm Dominos, quia talis ratificatio, & tale mandatum ſuperueniens vbi aderant dicta verba,
1 erant longè poſt annalem † poſſeſſionem pacificam, & poſtquam ille impetrans iam inciderat in regulam, & ſic iam per regulam priuatus erat
2 omni iure ſuo, quia collatio † beneficiorum non debet ſtare in pendenti, ad c. 2. cum gloſ. in verſ. incerta, de elec. in 6. & Felyn. in c. cum ex officij,
3 in col. pe. de præſcrip. Vnde tali caſu ratificatio † locum non habet, ad not. per Bald. in l. fin. num. 1. verſ. quarto quando eſt talis actus, C. ad Maced. & vulgata l. bonorum, cum ſimil ff. rem rat. hab. ſi tamen in tali mandato fateretur poſſeſſor cauſam iam pendere in Curia, & commiſſionem obtentam eſſe per eius procuratorem, prout in facto pars allegabat, tunc quia
4 non eſſet ratificatio, ſed confeſſio, † quæ ſufficit quandocunque ſequatur, ſicut dicimus in declaratione, ad not. per Card. in Clem. conſtitutionẽ, §. 1. q. 3. de elect. & Gemin. in c. præſentium, §. teſtes, col. fin. de teſt. in 6. debet confitenti præiudicare, & quò ad ipſum eſſe, ac ſi verè ille committens cauſam fuiſſet eius procurator, & non aſſertus, ad not. per Bald. in l. prima, in fin. verſ. hinc eſt quòd ſi confiteor, C. de falſ. cauſ. adiect. leg. poſt not. in l. 1. de interrogat. act. & per Corn. conſ. 261. in 4. parte.

EPITOME.

Regula de annali, quando habeat locum in ceſſione.

DECISIO XVI.

Hæc deciſio non eſt in manuſcriptis D. Creſcentij, ſed habetur in impreſſ. Caputaq. lib. 3. deciſ. 20. Nos qui eam in alia impreſſione inuenimus, ideò ab erroribus, correximus, & ſuo in loco reliquimus, vide. Gomeſ. ſuper reg. de Annali q. 62.

REgula de annali habet etiam locum in ceſſionibus, quando poſſeſſor poſſedit per annum pacificè antequam ceſſio facta foret, Caſſad. deciſ. 15. ſuper reg. & ita fuit tentum die 27. Aprilis 1551. coram D. Guidobono in vna Oueten. Archidiaconatus de villa, prout in eius libro, fol. 142. & vide quod fuit deciſum in cauſa Cæſarauguſtana Præceptoriæ 2. Decembris 1551. coram Capiſucco, vbi fuit dictum, quòd habet locum etiam, quando quis vult capere beneficium per clauſulas generales.

EPITOME.

Regulæ de annali ſatisfit per diligentiam factam in primo anno de expediendo cauſam, licèt in vlterioribus annis facta non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Mater, quæ in primo anno impedita filio tutorem non petijt, non priuatur eius hæreditate, licèt in alterioribus annis, cessante impedimento, non petierit.*

2 *Regula de Annali est odiosa, non extendenda.*

3 *Dictio, ex tunc, facit quòd aliud tempus, quàm expressum non comprehendatur.*

4 *Dictio, alioquin, conditionem importat:*

5 *Conditio mixta habetur pro impleta, si facto tertij implere debens impediatur, nec amplius tenetur implere.*

6 *Appellans, si prosequi à Iudice fuerit impeditus, quomodo sibi consulatur.*

7 *Apostolis petitis, Rota tenet vltra secundam vicem non teneri appellantem ad Iudicem redire.*

8 *Instantia prima de iur. canon. est perpetua.*

DECISIO XVII. aliàs 239.

Hæc decisio in alia impressione fuerat prætermissa, nos eã restitui curauimus.

Regulæ de annali satisfit per diligentiam factam de expediendo causam in primo anno, licèt in vlterioribus annis facta non fuerit, secundùm Dominos in vna Hispalen. Scholastriæ coram D. Aragonia, arg. eius, 1 quòd mater *, ✝ quæ in primo anno fuit impedita filio tutorem petere, non priuatur hæreditate filij ex dispositione, l. ij, §. mater, & §. confestim, C. ad Tertull. & l. sciant, C. de leg. hæred. licèt in vlterioribus annis cessante impedimento non petierit, ad not. per Bald. in l. 2. C. si adu. delict. & in l. minoribus, vbi Ang. & Dd. C. de his quibus vt indign. quia agit ad excusandum se à pœna, vt dicit Ias. in l. sciendum, §. fin. in fi. col. pen. ff. qui satisd. cog. Item quia cùm d. regula sit ✝ odiosa, in odium impetrantium illo 2 modo emanata, & sic pœnalis, eam non debemus extendere ad aliud tempus, arg. reg. in pœnis, in 6. & quod not. Card. in Clem. 1. quæst. 1. de consang. & affin. & Abb. in c. fin. vlt. not. de iure patron. Socin. conf. 275. col. 4. vers. confirmatur & secundo, lib. 2. & tantò magis propter dictionem, ex 3 ✝ tunc, in dicta regula appositam, quæ facit aliud tempus, quàm expressum non comprehendi, ad l. 4. de cond. & demonstr. & not. per omnes in l. si ita quis, per illum text. de vulg. & pup. cum simil. facit etiam, quia cùm impetrans infra annum causam expedire teneatur, alioquin * &c. ex di- 4 cta dictione, ✝ quæ conditionem importat, ad not. per Alberic. in suo dictionario, in ver. alioquin, priuatur si expediri non fecerit causam infra annum. Vnde cùm sit conditio mixta, non à sua voluntate tantùm dependens, sed etiam alterius, scilicet Iudicis, & per tertium fuerit impedi- 5 tus, nec per ipsum steterit, conditio ✝ habetur pro impleta, ad not. per Bart. in l. in testam. col. 2. de cond. & demon. sufficitq. semel haberi pro impleta, nec amplius, etiam quòd possit, adimplere tenetur, ad not. per Bald. in l.

* De hac materia vide latiss. Gabriel. concl. 1. de tutelis.

* De qua Bar. in l. 1. nu. 11. in 4. quest. ff. de cond. & demonstr.

in l. 1. in fin. C. de inst. & subst. & per Corn. cons. 7. in princ. lib. 1. Et licèt prædictis contradicere videatur, quod in materia appellationis dicitur, appellantem infra annum teneri prosequi & finire appellationis causam, ad clem. sicut, cum sim. de app. & si in primo anno impeditus fuerit, etiam
6 † per Iudicem, tenetur in secundo anno idem facere; & si impeditus fuerit in secundo fatali, vel tempus non currit ipso iure durante impedimento, secundùm vnam opinionem, vel datur restitutio, secundùm aliam opinionem, & sic etiam postmodum prosequi & finire tenetur, ad not. plenè per dd. in c. ex ratione, de appell. Potest tamen responderi, quòd in appellatione, si Iudex præstitit in primo fatali impedimentum, lex specialiter prouidit dari secundum fatale, ad tex. in l. fin. §. illud, C. de temp. app. & in auth. de his qui ingred. ad appell. §. hæc nos dudum. Si vero in secundo fatali, & tunc si constaret de diligentia sua pluriès facta ad constituen. Iudicem in mora, Doct. dicunt non teneri ampliùs ad Iudicem redire, quia non debet semper esse apud Iudicem, sed sufficit pluries coram eo instare, vt refert Phil. Franc. in d. c. ex ratione, in 10. col. in princ. ergò ampliùs prosequi non tenetur, sicut etiam dicimus in termino ad redeundum pro Apostolis, quòd si est facta pluriès diligentia non tenetur amplius redire, ad not. per Felyn. in c. ex transmissa, col. 2. in fi. cum seq. de præscrip. &
7 licèt ibi in principio quoad se forsan dubitauerit, Tamen Rota † tenuit, quem non teneri vltra secundam * vicem amplius pro Apostolis redire, secundum Ægid. decis. 343.

*Rota decis. 57. de appel. in nou.

Benè facit quod not. Bart. in l. Titia, §. vsuras, de leg. 2. & quia text. in d. l. fin. §. illud, videtur velle quòd non sufficiat diligentia in secundo anno, etiam quòd per Iudicem steterit, nisi pars de hoc coram Principe, & superiore querelam proposuerit; Breuiter tamen dici potest, quòd argumentum à causa appellationis ad causam principalem, idest primam instantiam, prout loquitur regula de annali, non est validum: patet, quia in prima instantia vnica interpellatio sufficit ad constituen. Iudicem in mora, vt per eum dicatur postea perpetuò stare, secundùm Bart. in d. §. vsuras, & Dec. in c. cum causam, in fi. de off. deleg. Et tamen in causa appellationis pluries requiruntur, vt per Dec. ibi, & Franc. in d. c. ex ratione, col. 10. in princ. post Bald. in auth. item si appellat. C. de temp. app. cum simi-
8 lib. & quia prima instantia de iur. canon. † est perpetua, ad c. penul. cum ibi not. de Iudic. Appellationis verò annalis, &, stante impedimento in primo anno, biennalis.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

EPITOME.

Titulus coloratus in spolio per insertum probatur.

DECISIO I. aliàs 62.

QVòad colorandum titulum in spolio, sufficit illum probare per insertum.

EPI

E. P I T O M E.

Resignans si reseruauerit sibi fructus, poterit agere spolio contra resignatarium possidentem.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio ciuilis, & naturalis amittitur per resignationem, secus si reseruentur fructus, num. 4.*
2 *Possessio solo animo amittitur, & ex renunciationi, etiam nulla.*
3 *Animus, & voluntas colligitur ex actu etiam nullo.*
4 *Possess. naturalem retinet resignans, qui vsumfr. sibi reseruauit.*

D E C I S I O II. aliàs 64.

IN Diœcesi Brixien. presbyter quidam satis indoctus, coram Notario resignauerat parochialem, quam tunc obtinebat, vsus verbis, quæ in contractibus, de rebus profanis solent apponi, scilicet, quòd parochialem suam cedebat, transferebat, & donabat titulo donationis irreuocabilis inter viuos, reseruato tamen sibi vsufructu beneficij, & eius bonorum in vita sua, cuius resignationis vigore de mandato Ordinarij resignatarius cepit possessionem. Resignans autem, forsan pœnitentia ductus, coram loci Ordinario conuenit illum super spolio dictæ parochialis, & probata sua possessione priori, obtinuit in partibus sententiam: A qua pro parte resignatarij appellato, causa fuit in Curia mihi commissa. Et prima facie videbatur dictam sententiam reuocandam, quia licèt talis resignatio
1 esset nulla, tamen cùm resignatione ✝ quis perdat possessionem ciuilem, & naturalem, ad decis. nostram 158. al. 1. de renunc. in nou. quæ cum solo
2 animo ✝ amittatur, ad l. quamuis, de acquir. possess. & ex actu etiam nul-
3 lo animus ✝ & voluntas colligitur, ad l. vlt. ff. de reb. eorum, &c. & propriè in possessione videtur notari per Doct. in l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. possess. & in renunciatione beneficij, in c. quod in dubijs de renunc. Vnde quando ille cepit possessionem, reperit illam vacantem, & aliquẽ non spoliauit: Tamen Domini omnes fuerunt pro confirmatione, quia etiã quò
4 ad animum ✝ iste noluit desinere possidere, cùm enim reseruauerit sibi
5 vsumfructum, ✝ ex cuius retentione naturalis non amittitur, ad l. naturaliter, ff. de acquir. possess. sed tantùm ciuilis transfertur. ad l. quisquis, C. de donat. satis apparuit de eius mente, quòd nolebat possessionem naturalem amittere, ad quàm, cùm fuerit ea spoliatus, meritò veniebat restituendus.

E P I T O M E.

Actio spoli, transit ad hæredem.

D E C I S I O III. aliàs 84.

ACtio spolij transit ad hæredem * ad §. non autem, vers. hæredibus, instit. de perpet. & temp. act. l. 1. §. hoc interdictum, ff. de vi & vi arm. ad not. per Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de poss. & pet. §. 1. col. 3. vers. quæstioni-

*Et cõtra hæredẽ, vt post alleg. Menoch de recup. poss. remed. p. q. 14. n. 157.

stionibus, & ad not. per Socin. in l. rem quæ nobis, in princ. 8. col. de acquir. possess. & hoc pluries tenuit Rota, & specialiter tempore meo in vna Romana domus coram D. Camillo.

EPITOME.

Tertius possessor spolians secundum, qui alium spoliauerat, si prior possessor cedat liti, & causæ, quæ erat in fauorem tertij, debet secundo loco spoliatum restituere.

SVMMARIVM.

1 *Tertius possessor debet primo, vel secundo spoliato, de cuius iure magis constat, restituere.*
2 *Cessio in beneficialibus non inducit cessionem iuris, sed habet vim pacti de non petendo.*
3 *Pactum de non petendo potest fieri in spolio.*
4 *Resignans spoliatus à tertio, restituitur.*

DECISIO IV. aliàs 158.

Tertius possessor spolians secundum possessorem, qui alium spoliauerat, 1 licèt debeat, vel primo ✝ possessori, vel secundo restituere, cuius eorum magis de iure in petitorio, & de dominio constat, ad not. per Barr. in l. fin. C. vnde vi, & Alex. in apostillis ad Bart. in l. cum à te, ff. de vi & vi arm. Si tamen primus possessor cedat liti, & causæ, in fauorem tertij, (quæ 2 cessio ✝ licèt in beneficialibus non inducat iuris cessionem, ad not. in l. postquam liti, C. de pact. tamen habet vim pacti de non petendo, ad not. 3 per Mil. in vers. renunciare liti, & causæ, ✝ quod potest fieri etiã in spolio, ad decis. 68. & 428. al. 3. & 11. de renunc. in antiq.) debet secundo loco spoliatus, à tertio restitui, non obstante quòd non constaret, priorẽ possessorem tempore secundi, spoliatum, cùm eo absente non probaretur possessionem secundi ad eius notitiã peruenisse, ad vulg. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess. quia cum saltem naturaliter secundus detineret, & rei insisteret tempore quo tertius eum eiecit, debet ad 4 illum statum restitui, sicut dicimus in ✝ resignãte spoliato à tertio, ad decis. 158. al. 1. de renunc. in nou. & hoc in vna Bononien. parochialis corã D. Pisauriensi.

EPITOME.

Possessor vigore mandati, & prouisus a Papa, spoliatus restituitur, non obstante decreto Papæ apposito in gratia spoliantis, cùm dicatur ex vtraque possidere, nisi declaret animo saltem velle desinere possidere ex prima causa.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Papæ comprehendit etiam prouisionem Papæ.*
2 *Prouisum à Papa spoliatum Rota restituit non obstante decreto in gratia spoliantis apposito.*
3 *Possidens ex prima causa: si acquirat ius nouum, An & quando videatur possidere ex secunda, & num. seq.*

Muta-

4 *Mutare sibi causam possessionis, est desinere ex prima possidere.*
5 *Possessionis causam quis non potest mutare, nisi declaret expressè, & amittat primam.*

DECISIO V. aliàs 168.

POssessor vigore mandati de prouidendo, qui obtinuerat à Papa nouam prouisionem, fuit spoliatus per habentem coadiutoriam de consensu cum decreto, per quam videbatur denegari restitutionem, ad decis. 474. al. 18. hoc tit. in antiq. sed quia hoc non videbatur habere locum in
1 prouiso à Papa, quia licèt † decretum comprehendat etiam prouisionem Papæ, ad not. per Gemin. & alios in c. pen. de præbend. in 6. tamen quia Papa tollere potest decretum, vel suspendere, & sic esset dubium, An voluerit, non autem an potuerit, quod videbatur in petitorio discutiendum,
2 non autem in possessorio. (Et ideo Rota seruat restituere spoliatū † prouisum à Papa, non obstante decreto in gratia spoliantis apposito, ad decis. 3. de restit. spol. in nou.) Igitur in prædicto casu insurrexit dubium coram D. Io. Clerici: An quia titulus primus mandati de prouidendo excipiebat coadiutorias de consensu, & sic spoliato non suffragabatur, petendo, & obtinendo à Papa sibi de nouo prouideri videatur possidere ex secundo titulo, & maxime quia in commissione, & articulis, spoliatus asserebat se possessorem vigore dicti mandati, & possessione fore spoliatum, adeò quòd non solùm non declarauit se velle desinere possidere ex prima causa, ad effectum vt possit ex secunda possidere, & sibi causam possessionis mutare, vt videtur requiri de iure, ad l. qui bona fide §. 1. & ibi declarat Alex. ff. de acq. poss. & Angel. in §. nouissimè, instit. de vsucap. & videtur tenere Bisign. decis. 1. de restit. spol. & latè per Socin. cons. 131. sed etiam videbatur expressè professum fuisse nolle mutare: Et ista ratione moti fuerunt aliqui ex Dominis, vt ex prima causa tantùm, vigore scilicet mandati prædicti, dicatur possedisse. In contrarium tamen, quòd immò videatur
3 † etiam ex secundo titulo possidere, fuit maior pars Dominorum, moti aliqui, quia absque aliqua animi declaratione, acquirendo quis nouum titulum, videtur causam possessionis sibi mutare, ad l. non solùm, §. quod vulgò, in vers. incipit, de vsucap. ad l. 2. in fin. pro empto. & declarat latè Cuman. in d. l. qui bona fide, §. 1. Et aliqui, quia possidens ex vna causa, superueniente noua iusta, dicitur absque alia declaratione ex vtraque possidere, & sic ex pluribus causis, ad l. 3. §. si ex pluribus, ff. de acqu. possess. maximè quando secunda venit ad corroborationem, & augmentum primæ, vt plenè per Socin. in d. §. si ex pluribus: Quo retento poterat secundùm me ad contraria superiùs allegata responderi, & sic distinguendo,
4 materia concordari. Quòd, Aut quis possidet † ex vna causa, & superuenit noua contraria primæ, ita quòd impossibile sit ex vtraque possidere, & tunc quia prima possessio sine animo non amittitur, ad l. quamuis, eo. tit. non dicitur quis ex noua causa possidere, nisi declaret animo saltem velle desinere ex prima, & ita procedat exemplum positum per Socin. in d. cons.

d. conf. 131. de muliere, vel vxore possidente iure familiaritatis: Aut secunda causa potest se compati cum prima, & tunc, aut quærimus, An quis
5 mutet sibi causam possessionis: & quia propriè mutare † est desinere ex prima, & eius loco possidere ex secunda: Et cùm, vt dixi, aliqua possessio sine animo non amittatur, maximè quando aliquis insistit rei suæ, vera sit
6 doctrina dicentium † quem non posse sibi mutare causam possessionis, nisi declaret expressè, & amittat primam, & hoc modo intelliguntur Doct. in d. l. qui bona fide, §. 1. Aut quærimus, An superueniente noua causa, dicatur quis in dubio etiam ex ea possidere cumulatiuè cum prima, non priuatiuè, neque mutando, & tunc procedant notata in d. §. si ex pluribus, vt quis ex pluribus causis, etiam diuerso tempore euenientibus, dicatur possidere. Et hoc modo intelligendo non obstaret confessio spoliati in dicta commissione, & articulis, quia verum dixerat possidere vigore mandati, & illa possessione spoliatum, non tamen ex hoc sequebatur, quin possideret etiam ex noua prouisione. Cogita tamen quia materia est de apicibus Iuris.

E P I T O M E.

Spoliatus non restituitur si beneficia incompatibilia tanto tempore tenuerit, vt inciderit in extrauagantem, Execrabilis.

D E C I S I O VI. alias 220.

Spoliatus restitui non debet, si beneficia incompatibilia * tanto tempore tenuerit, vt inciderit in extrauagantem Execrabilis secundùm Dominos in vna Giennen. S. Andreæ coram D. Petro, ad decis. 3. in add. de rest. spol. in nou. & decis. 15. eo. tit. in antiq. & Roman. in cons. 499. Idem tentum postea fuit coram D. Aragonia, in vna Bergomen. in qua asserta vnio per spoliatum allegabatur.

* Vide Put. dec 99. lib. 1. Io. Paul dec. 112. Beroum q. famil. 80. Menoch. de recu. poss. remed. 15. nu. 467. & seq. Caputaq. decis. 325. lib. 1.

E P I T O M E.

Habens causam ab vsufructuario, si rei insistat, etiam finito vsufructu, & spolietur à proprietario, debet restitui.

D E C I S I O VII. alias 5. lib. 2.

Vsufructu finito, * licèt ad proprietatem reuertatur, & naturalis vsufructuarij consolidetur cum ciuili ipsius domini, ad §. vlt. instit. de vsufruct. Si tamen habens causam ab vsufructuario, etiam finito vsufructu, possederit, idest rei insisterit, & à proprietario spolietur, debet secundùm Dominos in vna Veliterna, coram D. Pisauriensi, restitui, ad glo. notab. in c. licèt Episcopus, de præbend. in 6.

* Vide Menoch. de recup poss. reme. 1. q 5 n. 70 & seq.

E P I T O M E.

Gratia mandati de prouidendo, quæ non capit beneficia talis diœcesis, vel si ad dispositionem collatoris non extenditur, non dat colorem tituli in spolio.

DECI-

DECISIO VIII. aliàs 39. lib. 2.

GRatia mandati de prouidendo, quæ non capit beneficia talis diœcesis, non potest dare, neque dat etiam colorem tituli in spolio, secundùm Dominos in vna Toletan. parochialis coram D. Raynaldo, & idem si ad collationem, institutionem, vel aliam dispositionem alicuius collatoris non extenderetur, secundùm eosdem in alia Compostellana coram D. Sarnense.

Faciunt etiam ad materiam huius tituli decis. 4. supra de dilat. & decis. 2. & 5. infra de re iud.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

EPITOME.

Citatio valet, quamuis copia tradita non fuerit citato, propter metum illatum citanti, licèt postea metus cessauerit.

SVMMARIVM.

1 *Citationis copia debet dari citato.*

DECISIO I. aliàs 42.

* Vide Vant. de nullit. ex defectu citation. n. 151.

COpia citationis licèt debeat offerri, & dari citato,* tamen in vna Ciuitaten. coram D. Siluestro, Domini habuerunt citationem pro bona, ex quo citatus quando audierat se citari, intulerat metum Notario, & volebat eum vulneribus afficere, licèt postea quando citauit, metus cessasset propter gentes, quæ concurrebant in eius auxilium.

EPITOME.

Excusator absentis citati, quando sit admittendus.

SVMMARIVM.

1 *Excusator Regis citati ad Curiam non admittitur absque mandato, & nu. 6.*
2 *Excusator tanquam vnus de populo, An & quando debeat admitti.*
3 *Excusator quando admittendus, & num. seq.*
4 *Locus iudicij debet esse tutus procuratori, & Domino.*
5 *Locus non tutus quis dicatur.*
6 *L. quicunque, C. de procurator. intellectus.*
7 *Rex quibus casibus debeat mittere procuratorem.*

DECISIO II. aliàs 43.

* Ad materiã huius decis. vide Ant de Canar ĩ trac. de excusatore. Io. Anto.

1 EXcusator ✝ in causa Anglicana matrimonij inter Regem, & Reginã, petebat se admitti, & tanquam vnus de populo volebat Regem citatum ad Curiam excusare, proponendo se velle probare, qualiter propter itinera intermedia, non erat Regi tutus accessus ad Curiam. Item quòd immi-

immineret Regi, ac toto Regno Angliæ maximum periculum, propter inimicos vicinos, & seditiones ciuium, si Rex recederet ad longinquas partes, quare petebat causam per Papam committi in alio loco propinquo ipsi Regno, & quò Rex tutè personaliter posset accedere: & videbatur
2 istum ✝ tanquam vnum de populo pro vtilitate Regni debere admitti, ad not. in c. 1. de procurat. & in c. cum super, de re iud. & quia in causa ardua quis non tenetur mittere procuratorem, ad c. querelam, de procurat.
3 Vnde ex quo Rex venire ✝ non poterat, videbatur excusator admittendus, ad not. in c. cum dilecti, de dol. & contum. Et quia locus ✝ non tantùm debet esse tutus * procuratori, sed etiam domino copulatiuè, ad not. per Host. in c. ex parte de appell. quam opinionem Abb. videtur dicere communem, licèt Innoc. contrarium teneat in c. cum olim, de testib. & Felyn. in c. accedens, el 2. vers. 4. not. vt lit. non contest. Et dicitur locus
5 ✝ non tutus, non tantùm quando locus Iudicij non est tutus, sed etiam quando itinera intermedia non sunt tuta, ad d.c. accedens. Contrarium
6 tamen ✝ omnes Domini tenuerunt, vno excepto, quia quòd per procura-
7 torem Rex nollet comparere, ✝ hoc est voluntatis: Vnde in exceptione voluntaria excusator non admittitur, nec procurator sine mandato, vt propter inimicitias, vt declarat Bart. in l. pen. in §. ob crimen, ff. de pub. vid. communiter approbatus, licèt aliqui contrariū teneant, vt per Doct. ibi. & in c. veniens, de accus. Bald. Salyc. & Angel. in l. reos, C. de accus. Specul. in tit. de excusat. quia excusator nescit voluntatem absentis, vt est, quòd Rex propter itinera periculosa non accederet, quia posset, si vellet. Item quia cùm Rex sit Illustris, etiam quòd vellet, non debet admitti nisi
8 per procuratorem, ad l. quicunque ✝ C. de procurat. Nec dicatur, quòd illa lex non tenet de iure canonico, quia contrarium non reperimus, vnde est tenenda, ad c. 1. de op. no. nunc. & Innoc. glos. & Doct. videntur hoc tenere in c. pastoralis, de iud. & Abb. in d. c. cum dilecti: & per hoc cessat responsio, qua dicebatur, quòd illa lex non debebat ligare Regem Angliæ, quia non recognoscit superiorem Imperatorem, & quòd non debet habere locum in causa matrimonij. Nec etiam bona est responsio ad illū textum, quòd est introductum ratione dignitatis, ne stent coram iudice sedente, quæ ratio non videbatur militare hic in Curia coram Papa. Item quia Rex volebat esse in iudicio, seu in loco iudicij, vt meliùs posset procuratores instruere, quinimò alia ratio potissima videtur propter potentiā eorum, secundùm antiquos Doctores, vt per Cyn. & Alberic. ibi, propterea, licèt coram Papa non militet, nec etiam potentia, verum esset, si ipsi vellent causam hic tractari, sed hoc est quod ipsi nolebant, immò petebāt causam committi extra Curiam in partibus propinquis Regno Angliæ,
9 vbi tantò magis militabat eius potentia: poterat enim Rex ✝ mittere procuratorem, vt tenebatur. Non obstant not. in c. ad querelam, quia limitatur; Primò, quando impedimentum est perpetuum, secundùm glos. approbatam in d. c. cum dilecti, vers. responsalem, in fin. vt in casu nostro. Secundò, quando causa desiderat celeritatem, secundùm Abb. in d. c. cum dilecti,

Rub. Alex in tract. de potest. procur. 1 pr. p. nu. 311. cum multis seqq. Clar. in pract. crim. q. 33.

*De tuto accessu, vel nō tuto quādo, & quomodo probari debeat. Mascar. concl. 17. & trib. seqq. & de materia Socin. de citatione art. 18. q. 5.

dilecti,4.col.& Doct. ibi, & ita in causa matrimonij. Tertiò, quando impedimentum est euitabile,secundùm Ias.in l.2.§.si quis in iudicio, ff.si quis caution. Bald. post Innoc. in c.2. de testib. Quartò, quando quis citatur coram Papa, secundùm Ias. ibidem, per d.c.cum dilecti,vt in casu nostro. Et tantò magis inclinarunt in hanc partem Domini, quia manifestè cognouerunt animum Regis, qui cuiusdam puellæ inductus amore, vt illam duceret in vxorem, Reginam, quæ ex eo filios habuerat, & in præsenti habebat vnam fœminam, dimittere nitebatur, & instabat.

E P I T O M E.

Citatio ad sententiam valet, absque eo quòd dicatur ad concludendum.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio ad concluden. de stylo ponitur in citatione ad sententiam.*

DECISIO III. aliàs 59.

*Vide Vestr. in pract. lib. 5.c.1.n.11.& ibi adden.

SVfficit citatio * ad sententiam, licèt non dicatur, ad concludendum, quia non reperitur quòd hoc sit in iure necessarium, licèt stylus sit, quòd semper apponatur. Ita dixerunt mihi Domini in vna Toletana parochialis.

E P I T O M E.

Qui affixit, & dimisit originale citationis in Cathedrali per certum tempus, si dicat se similiter affixisse in parochiali, intelligitur eodem modo, quo in Cathedrali.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum, similiter, importat similitudinem facti, & modi.*

DECISIO IV. aliàs 63.

*Non .n. sufficeret copiã affigere Vãt. de nullit. ex def. citation. n.136.

SI Notarius in executione facta per eum in primo loco, puta in Cathedrali, dicat se affixisse originale, * & illud per certum spatium dimisisse: postea in secundo loco, vt in parochiali,dicat quòd similiter affixit, intelligitur, quòd etiam per certum temporis spatium dimiserit,pro-
1 pter verbum, similiter, † quod importat similitudinem facti, & modi,ad not. per Innoc. in c.ex rescripto de iur.iur.& Socin.cons.281.col.2.vol.2. vide Andr.de Iser.in c.1.§.præterea ducatus, vers. nec dominus feudi, nu. 43. de prohibit. feud. alien. per Feder. & ita Domini tenuerunt in vna Theatina coram D. Pisaurien. & in vna Tullen. coram me.

E P I T O M E.

Executio citationis in valuis ecclesiæ, tempore diuinorum non valet, nisi dicatur quod multi intrabant, & exibant eo tempore.

S V M M A R I V M.

1 *Diuinorum tempore populi multitudine non manet apud valuas, sed intra ecclesiam.*

DECI-

DECISIO V. aliàs 69.

EXecutionem * citationis, quæ debet fieri in ecclesijs tempore diuinorum, propter populi multitudinem, quæ ibi adest, ad glos. in clem. causam, de elect. si Notarius dicat, quòd fecit tempore diuinorum, & publicauit in valuis ecclesiæ: Domini voluerunt, quod non valeat, quia multitudo non manet apud valuas, sed intra ecclesiam: Si tamen Notarius diceret, quòd tempore illo multi intrabant, & exibant, habent eam pro bona, & ita pluries hanc distinctionem secuti fuerunt.

* Vide Io. Paulū d 18. Put d. 165. li. 1. & 25. & 168. lib. 2.

EPITOME.

Citatio continens terminum nimis breuem, & impossibilem ad comparendum, est ipso iure nulla.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, lata vigore citationis nimis arcta, & breuis, est nulla.*

DECISIO VI. aliàs 71.

1 SI citatio contineat ita breuem † terminum,* quòd impossibile sit reo citato infra illum cõparere: Domini voluerunt, quòd sit ipso iure nulla, secuti opinionem Abb. in c. cum dilecti, de dol. & contum. licèt videatur contra illum tex. & c. 1. de dilat. Et ideo conclusum fuit in vna Con-
2 chen. illegitimitatis coram me, quòd sententia † postea lata vigore illius citationis, quæ deuoluerat causam, & processum erat postea per contradictas, esset nulla, licèt hoc videatur mihi satis durum, ex quo citatio hęc est decreta ad omnes alios actus substantiales, & ad illos non est aliquis terminus appositus, quia dici poterat valere, perinde ac si sine tempore, ad not. per Canonist. in c. cum parati, de appell. & Legistas in l. liber homo, §. decem, ff. de verb. oblig.

* Vide Cassad. dec. 6 de dol. & cont. Put d. 150. li. 3. Vant. de nullit. ex def. citat. n. 67.

EPITOME.

Referens se non citasse, quia non erat sibi tutus accessus, non tenetur dicere se fecisse diligentias de reperiendo.

SVMMARIVM.

1 *Tutum accessum sufficit non esse citanti, quamuis esset alijs.*

DECISIO VII. aliàs 91.

QVia Notarius exequens citationem, antequam in Cathedrali, vel Parochiali, vel alijs locis exequatur, debet facere diligentiam de reperiendo personam: sufficit quòd dicat, quòd in personam non est exe-
1 cutus, quia ad eam tutus ibi non patebat accessus; quia † intelligitur sibi vt Notario in genere, non autem vt tali Notario, ita quòd alijs bene fuisset tutus accessus, quia faciendo hanc interpretationem annullaretur

F actus,

actus, ad vulg. l. quoties, de reb. dub. & de verb. oblig. & hoc in vna Cæsaraugustana Canonicatus coram D. Piccolomineo.

DECISIO VIII. aliàs 67.

*Idē Io Paulus d 7. Dñi.

* De hoc vide Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 151.

Copia * executorialium, quando intimantur, debet dari intimato petenti suis expensis, secus in copia citationis. *

EPITOME.

Citatio executa in domo, & in parochiali, licèt non tempore diuinorum, valet.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad domum valet de iur. comm.*
2 *Citatio quomodo sit facienda in appellatione extraiudiciali.*
3 *Citatio quando requirat tempus diuinorum, & quare.*
4 *Citatio ad domum magis præsumitur venire ad notitiam citati.*
5 *Citatio in parochiali sufficit, quia ibi rector residere tenetur.*
6 *Citatio tempore interdicti quæ diuinorum tempore fieri nequit, debet tamen coram populi multitudine fieri.*
7 *Verbum, publicaui, quid importet in citationis relatione.*

DECISIO IX. aliàs 32.

*De materia latè Vant. de nullit ex def. citat n. 88 cū multis seqq. præsertim n. 99 & 119 cū seq.

Citatio executa in domo,* & parochiali, licèt non dicat tempore diuinorum, valet, secundùm quatuor ex dominis Auditoribus, inter
1 quos & ego, quia de ✝ iure communi sufficeret in domo tantùm, ad l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect. clem. 1. de for. compet. Vndè licet forma hominis, quàm nos in citationibus damus, vt magis ad citatorum notitiam deueniat; addat etiam parochialem, tamen in forma legis nullū verbum est de tempore diuinorum: bene facit clem. causam, de elect. vbi in ap-
2 pellatione ✝ extraiudiciali, vt deuoluat causam ad Curiam, vult textus, quando personaliter fieri non potest, debere eam fieri in domo, & etiam in beneficio, de quo agitur. Si verò ad domum non est tutus accessus, tūc in aliquo loco solemniter requirit publicari, vt verisimiliter perueniat ad notitiam appellati, hoc vltimo casu text. requirit solemnem publicationem, idest tempore diuinorum, vel coram populi multitudine, vt exponit glos. in vers. solemniter: quando verò locus beneficij est additus domui, nullum verbum facit de tali solemni publicatione. Et ratio differentiæ,
3 quare magis ✝ quando parochialis est iuncta cathedrali, requirit tempus diuinorum, vel populi multitudinem, quàm quando est iuncta domui, est,
4 quia facta citatio ✝ ad domum magis præsumitur ad notitiam peruenire, ex quo ibi residentiam facit. Vnde videmus quòd quando agitur de parochiali, ex quo Rector ibi tenetur residere, Rota tenet, vt pluries vidi,
5 sufficere executionem ✝ fieri in dicta parochiali,* de qua agitur, tantùm ad decis. 513. al. 83. de appell. in antiq. Concurrebat in casu supradicto alia dubitatio, scilicet quòd ciuitas Senarum, vbi facta fuit executio, erat

* Put decis. 16. lib. 1.

inter-

interdicta; quo casu non poterat fieri tempore diuinorum, quia coram populi multitudine non celebrabātur: hoc tamen secundùm aliquos parùm faciebat, quia † debebat requirere multitudinem gentium. Concurrebat & aliud, quia Notarius executor, licèt non diceret, tempore diuinorum, & coram populi multitudine, tamen vtebatur hoc verbo, publicaui, † quod proprie videbatur importare coram pluribus, ad clem. eos, in ver. publicari, de sepult. Sed Rota tenet, quòd hoc verbum non sufficit. Concurrebat & aliud, quia aliqui ex citatis, qui omnes erant fratres, venerunt ad causam, vnde sicut ad istorum notitiam peruenit, ita præsumitur peruenisse ad alios, qui in eadem domo habitabant; & tantò magis, quia non erat verisimile, quòd fratres illi habentes notitiam, cæteros fratres certiores non fecissent de hoc, cùm ageretur de re communi. Tres tamen ex alijs Dominis tenuerunt non sufficere, sed requiri tempus diuinorum, quia tunc ibi præsumitur adesse multitudo populi, aliàs secundùm eos, nihil operaretur forma hominis addens parochialem, quia nō facta coram populo, & secretò, perinde est, ac si non esset facta, quia per illam non præsumitur ad notitiam citandorum peruenisse. Et ita etiam tenuisset alius Dominus, nisi quia iam erat pronunciatum in causa, tanquam citatio esset legitimè executa. Et in secunda instantia coram D. Camillo agebatur de nullitate primæ sententiæ ex dicto defectu malè executæ citationis, vnde pro sustinenda sententia D. Ludouici, ipse etiam fuit in nostro voto, quòd sufficeret, & hoc in vna Senen. inter hæredes Sigismundi de Chisijs, contra hæredes Mini de Agazaria.

6 7

EPITOME.

Citatio minoris, vt infra sex menses in iudicio legitimè compareat, satisfacit regulæ de annali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali quid requirat.*
2 *Impubes quomodo citandus.*
3 *Minores quomodo citentur de stylo Rotæ.*
4 *Citatio minoris nulla, an per comparitionem legitimi procuratoris conualidetur.*
5 *Terminus an incipiat à die comparitionis, vel citationis.*
6 *Actor quando excusari debeat, ne dolo fecisse videatur, citando minorem.*
7 *Canonicus debet esse maior 14. annis.*
8 *Ignorantia ætatis minoris præsumitur non probata scientia, & num. 10.*
9 *Ignorantia excusat à pœna.*
10 *Scire, vel scire debere, paria sunt, quod tamen declaratur.*
11 *Aetatem scire difficile est.*
12 *Difficultas facti excusat à præsumpta scientia.*
13 *Ignorantia crassa in facto proprio, & ignorantia iuris quando excuset.*

DECISIO X. aliàs 182.

* Vide Affl. decis. 261. Tiraq. de retr. lign. gl 13. n. 14. & seq. Vant. de nul lit. ex def. lit. n. 68. & quib. mod. sent. null. repar. n. 86

* De hac materia vide Socin de citatione art 1. q 18. & seq.

Citatio minoris impuberis,* vt legitimè compareat infra sex menses, fuit dubitatum in vna Seguntina Canonicatus & præbendæ sancti
1 Stephani coram me, An satisfaciat regulæ de annali † quæ requirit infra dictum tempus possessorem ad iudicium euocari facere, eò magis, quia ex parte minoris fuit datum mandatum generale, parum post citationem, cuius vigore procurator hic defendit causam, quia ratione præcedentis citationis, videbatur constitutus, ad decis. 1. de procurat. in nou. faciebat
2 difficultatem, quia talis citatio videbatur nulla: * Aut enim impubes † tutorem habebat, & cum tutore citari debebat, ad glos. in l. 4. de in ius vocand. secundùm quod intelligit Paul. de Castr. in l. contra pupillum, & ibi per Alex. de re iud. & per Franc. Aret. in l. si ex legati causa, in 1. col.
3 de verb oblig. Aut tutore † carebat, vt in casu nostro, & eodem modo nulla videbatur, quia non facta nec secundùm formam iuris, per quam consanguinei, vicini, & amici citari debent, ad l. hæc autem, §. non defendi ex qui. caus. in poss. eat. secundùm Bart. ibi, & Imol. in l. contra pupillum, & ibi per Alex. & Imol. in d. l. si ex legati causa ad fin. & Socin. in reg. 52. in prima fallentia, & Rom. cons. 454. & Abb. cons. 43 in 2. parte. Nec
4 secundùm nostrã, † qua minores citantur ad legitimè comparendũ, aliàs ad videndum sibi dari curatorem, quod satis videtur necessarium, ad not. per Ang. & Cyn. post Iacob. de Rauen. & Odofred. in l. admone. C. qui pet. tut. & Spec. in tit de primo decreto, vers. sed pone quòd pupillus, & ibi Io. And. in add. Quo stante, non videbatur satisfactum regulæ, quæ requirit legitimam euocationem ad iudicium, vt eius vigore actor infra annum possit reportare sententiam. Et licèt aliqui teneant, citationem talem, vt scilicet minor legitimè compareat, valere, vt per Bart. in l. 1. §. sufficit, ff. de administ. tut. & glos. & Paul. de Castr. in d. l. 4. de quo per Alex. in d. l. contra pupillum: tamen ista opinio videbatur minus communis, & contra supradicta. Nec etiam huic difficultati contradicere videbatur,
5 quod ex quo minor † postea per legitimum procuratorem comparuit, citatio nulla videatur conualidari, ad not. in l. 1. de ferijs, vbi per Bald. & Felyn. in c. gratum, vers. secundo nota, de off. deleg. & in terminis nostris Paul. de Castr. in d. l. contra pupillum. Quia videntur communiter Doct. vt per Alex. & Ias. ibi notatur, sustinere processum ratione comparitionis, non citationis, quo casu talis comparitio in casu nostro non fuerat tempore regulæ, & tempus à die comparitionis, non autem præcedentis citationis nullæ videtur computandum, arg. not. per Bald. in auth. si omnes, C. si minor se ab hæred. abstin. vbi dicit, quòd stante statuto, quòd Iudex infra triginta dies à die citationis aliquid facere teneatur, si pars cõ-
6 paruit, ratione nullæ citationis à die comparitionis, † non autem citationis, terminus incipit, & hoc videtur de mente Felyn. in d. c. gratum, vbi supra. De omnibus tamen supradictis non fuit aliter disputatum, nec in votis allegatum: Potuisset enim forsan talis citatio sustineri, nos enim non citamus

citamus aliter consanguineos, nec amicos, aut vicinos, sed ipsum minorem ad comparendum legitimè, aliàs ad videndum sibi dari curatorem, vt supra dixi: licèt autem hoc secundum non fuerit factum, hoc bene impediebat posse minori non comparenti, nec petenti, dari curatorẽ, quia non erat ad hoc citatus, vt per Cyn. in d.l.admone. Sed si curatore aliàs non indigebat, quia minor legitimè comparuerat, nescio quare illa verba (ad videndum sibi dari curatorem) essent necessaria, si ei curatorem dare nolunt. Istis tamen minimè attentis, Domini ex alio fuerunt in voto, quòd cùm satis sit materia præcedens dubitabilis inter Doctores, debeat
7 actor † excusari, vt non dolo fecerit, ne incidat in pœnam regulæ, arg. not. in c.cum venerabilis, de consuet. in l.igitur, ff.de lib.caus.in reg.odia, de reg.iur.in 6. ad decis.339.al.1.de fil.presb.in nou. Agebat enim contra possessorem canonicatus & præbendæ, quem credebat maiorem 14. ann.
8 prout † esse debebat, * ad not. per Host. Archid. Ancharan. & Gemin. in c. si eo tempore, de præben. in 6.& per Abb. in c. super inordinata eo.tit. hoc tamen forsan non processisset, ex quo erat ecclesia collegiata, ad not.
9 per eosdem vbi supra. Tamen, quia non probata † scientia minoritatis, præsumitur ignorantia, ad l.verius, ff.de probat. ad decis.34.de procur.in nou. ad regulã, præsumitur ignorantia, de reg.iur.in 6.& not.in c.in præsentia, de probat.in l.3.ff.eod.tit.in l.si Titius & Seia, de fideiuss. per Bald. in l.1.per illum tex. C.si quis ignorans rem minor. &c. Fulgos. cons.23.&
10 cons.114. Ex qua ignorantia † excusationẽ habere debet à pœna, ad textum & glos.in clem.1.de consang.& affin. ad not. per Card.in clem.1.q.39. de priuileg. & per Bart. in l. auunculo, vers. quædam est pœna in amittendo, &c. de condit. sine causa. Non obstat quòd in contrarium allegatur,
11 quòd cùm actor sciuerit † aduersarium possessorem, & hoc inuestigauerit, præsumitur inuestigasse omnia, & totum factum, arg.l.non est ferendus, de transact. per Socin. in reg.176. in 6. fall. & si hoc non fecerit, quia tamen facere debuerat, ad l. qui cum alio, de reg.iur. perinde esse debet, ac si sci-
12 uerit, cùm paria sint scire, † vel scire debere, ad Bald. in l.quicunque, in princ. C.de seru. fugit. ad not. per Doct. in l. quod te, ff. si cert.pet. & tali casu præsumitur scientia, ad not. per Socin. in d.reg.176. in prima fallent. & Rom. cons. 481. Quia ad hoc potuisset fortasse responderi, non habere locum in ætate minori, ad allegata supra; ea forsan ratione, quia est diffi-
13 cile † certam illius habere scientiam, ad not.per Bart.in d.l. de ætate, vers.
14 venio ad secundam quæstionem, de minor. quo casu difficultas † facti excusat aliquem à præsumpta scientia, arg. not. per Socin. in reg.175. in 4. fallen. & tantò magis in materia nostra, vbi agitur de damno euitando, & amittendo ius, quod quis habet iam in beneficio, quo casu etiam crassa
15 ignorãtia, vt † in facto proprio ignorãtia iuris excusat, ad not. per Bart.in d.l.auunculo, eo.vers.quo supra, & per eundem in l.fundum, §.seruus meus, ff.pro emp. per Socin. in eadem reg.175. in prima fall. latè Dec. cons. 63. col. penult.

* Hodie tamẽ nõ minores 22. annis asciscantur. inquit Cõc. Trid. sess 24. de refor.c.12

EPITOME.

Citatio ad sententiam pro sequenti die, & deinde pro singulis diebus & horis, non valet, nec sententia postea lata.

SVMMARIVM.

1 *Citationis diem potest Iudex prorogare in sequentem, non vltra.*
2 *Appellans friuolè si recesserit, potest contra illum absque citatione procedi.*
3 *Iudex, quod possit contra contumacem procedere sine citatione, intelligitur si velit.*
4 *Citatio si fiat in actu, qui sine ea explicari potest, procedi potest non expectato citato. declara, vt nu. seq.*
5 *Iudex quando videatur renunciare potestati sibi tributa à c. 2. de dol. & contum. in 6.*
6 *Actus qui non valet, vt agitur, non sustinetur eo modo quo potest, si agens nolit.*
7 *Iudex si ponat in sententia hac verba: moti ex rationibus à iure communi &c. quid operentur & nu. seq.*
8 *Clausula omni meliori modo, & aliàs omni meliori modo differunt, & earum effectus.*

DECISIO XI. aliàs 44. lib. 2.

Citatio ad sententiam pro sequenti die, & deinde pro singulis diebus, & horis, quæ in prima parte valet, sed in secunda parte est nulla, cùm sit incerta, & quandam speciem seruitutis inducens. iuxtà not. per Bald. cons.* 268. factum, vol. 1. & Abb. in c. fin. de dilat. col. 2. in fin. & licèt in
1 prima parte valida † operari possit, quòd Iudex etiam in diem sequentem possit prorogare prolationem sententiæ, & sine alia noua citatione procedere, ad c. consuluit, de off. deleg. non tamen hoc facere potest in vlteriorem diem. quod si fecerit, meritò sententia tanquam sine citatione lata, potest dici nulla, ad not. per Abb. in c. cum dilecti, col. 7. in princ. de dol. & contum. & ita in istis terminis tentum fuit in vna Aquensi Abbatiæ coram D. Siluestro. Et licèt ex alio fundamento pars dictam sententiam sanare conaretur, videlicet, quia ille, contra quem fuerat pronun-
2 ciatum, priùs friuolè † appellauerat, & recesserat appellans, quo casu poterat sine alia noua citatione procedi, arg. c. 2. de dol. & contum. in 6. & Abb. in c. prout, eod. tit. non tamen super hoc fuit exaudita, quia licèt
3 tunc iudex † contra contumacem, aliter ipso non citato, procedere valeat: hoc tamen intelligitur, si iudex velit, & declaret, quia iudex potest & citationem adhibere, vt per Card. in clem. 1. de dol. & contum. & in causa superiori non solùm de tali voluntate iudicis, volentis tanquàm contra contumacem sine citatione procedere non constabat, sed immò de contraria, ex quo postea eum citauit, arg. l. Paulus, ff. rem rat. hab. & li-
4 cèt quando actus † sine citatione potest explicari, si citatio fiat, possit non expe-

*Et dicit Mohed. dec. 4. de testib. quòd Rota semper secuta è hoc cons. Baldi, vt & apud Put. dec. 258. lib. 1. & 152. lib 2. Caputaq. dec. 108. lib 1. impres. de quo & Rom consil. 369. n. 8. Tiraq. de retra. lign. § 8 gl. 3 n. 5. vbi latè.

expectato aliter ipso citato procedi, vt per Abb. in c. cum inter vniuer-
5 sas, de elect. Tamen in casu nostro iudex, & citauerat, ✝ & in prolatione
,, sententiæ dixerat, visa citatione ad sententiam, & accusata contumacia
,, partis citatæ, & non comparentis: Ex quibus verbis Domini satis arbi-
trarunt iudicem cum citatione procedere voluisse, & potestate sibi à iure
6 per d.c.2.attributa vti noluisse, quo casu, actus ✝ non sustinetur eo modo,
quo potest, si non valet, vt agitur, iuxtà not. per Abb. in c.cum super, in
fi. de off.de leg. & Fely. in c.cum ordine, col.2.in fi.de rescript. & Ias.in l.
7 vinum, in fi. si cert.pet. Et licèt etiam in sententia ✝ fuissent hæc alia ver-
,, ba per iudicem prolata, videlicet, moti ex rationibus à iure communi, &
,, ex processu resultantibus, animum nostrum mouentibus, &c. ex quibus
videtur omni meliori modo procedere voluisse, ad not.per Dec.cons.117.
viso puncto, n.4. & Corn.cons.76.licèt, col.2. vers. coadiuuantur pręmissa,
8 vol.1. quia tamen Domini dicta verba non ad modum ✝ procedendi re-
tulerunt, sed ad pronunciandum illo modo, videlicet, talem condemnan-
9 dum, vel absoluendum, &c. Et quia etiam expressa clausula ✝ omni me-
liori modo, &c. non tollit modum expressum, & specificatum, nisi ante-
ponatur dictio copulatiua, vel additatiua, puta, & aliàs omni meliori
modo, &c.* ad cons.Cald.1.de accusat. Anchar.cons.357. quia præsuppo-
nitur, col.2. Felyn. in d.c.cum super, num.12. vers. Aliquando.

* Caputaq. dec.124.li.1. Achill.dec.1. de verb.sign.

Alias decis. ad hunc tit. facien. habes decis. 4. *supra de fide Instrum. decis.* 18. *infra de sent. & re iud.*

VT LITE PENDENTE.

EPITOME.

Expensæ attentatorum, etiam ex officio reuocatorũ, debentur parti ea reuocare instanti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, debet victum in expensis victori condemnare, etiam quando ex offi-cio procedit.*

DECISIO I. aliàs 180.

Expensæ factæ in negocio attentatorum,* etiam quando Iudex ex officio suo illa reuocat, puta in possessione lite pendente accepta, secundùm maiorem partem Dominorum in vna Coloniensi coram D. Piccolomineo, debentur parti instanti illa reuocari, quia etiam quando iudex ex officio procedit, debet prosequenti victum in expensis condemnare, vt per Spec.tit.de expens. §.1.in fin. Alex. in apostill. ad Bart. in l.1. ad Turpill.Ant.de Butr.in c. cum dilecti, in fi. de dol. & contum. pro quo facit decis.474.al.1.de off. iud. in antiq.

*Et tales expensæ nô cô pensantur cû expêsis spolij. Put.dec. 123.il primo.

EPITOME.

Possessio capta vigore executorialium, parte præsente, & non contradicente, non reuocatur per viam attentati.

S V M M A R I V M.

1 *Tacens dicitur consentire quando contradicendo potest impedire.*

DECISIO II. aliàs 17.

* De quo in decis. 1. infra de seq. poss. & fruct.

SVper eodem stylo Rotæ * accidit, quòd cuidam Canonico Placentino fuerunt intimatæ litteræ executoriales, & postea Capitulum dedit possessionem illi, ad cuius instantiam fuerunt litteræ intimatæ, illo tacente, & nunquã reclamante. Accidit quòd in Curia procurator generalis priùs ab eo constitutus petebat reuocari dictam possessionem per viam attentati; Domini concluserunt non esse reuocandam, quia cùm ille, qui tacuit, vigore litterarum executorialium tenebatur dare possessionem, ta-
1 cendo † videtur consentire, ad l. 2. cum ibi not. C. de acquir. poss. Et quia licèt regulariter tacens in sui præiudicium non videatur consentire, ad vulgatas doctrinas; tamen fallit, quando contradicendo poterat actum impedire, l. 1. §. magistrum autem, ff. de exercit. act. l. semper, de reg. iur.

Alia decis. ad hunc tit. facien. sunt, decis. 1. tit sequen. decis. 1. supra de caus. poss. & propr. decis. 1. supra de Iudic. decis. 7. infra de re iudic.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM, & fructuum.

EPITOME.

Possessio capta vigore executorialium est attentata, non seruatis quatuor terminis, purgantur tamen attentata per diligentias, de quibus hic.

S V M M A R I V M.

1 *Attentare dicitur capiens possessionem vigore executorialium, non seruatis quatuor terminis.*

2 *Attentata habentur pro purgatis, quando apparet de magna diligentia.*

DECISIO I. aliàs 16.

STylus Rotæ est, quòd si quis vigore executorialium, non seruatis qua-
1 tuor terminis, capit possessionẽ, dicatur attentasse, † quia debet seruare quatuor terminos, ad not. per Felyn. in c. ad probandum, col. antepen. de re iud. Euenit quòd Rota mandauit restitui possessionem in manibus sequestratorum, prout priùs erat, pars quæ attentauerat, iuit separatim ad tres sequestratores, & singulis dixit, quòd relaxabat dictam possessionem, & dabat eis facultatem apprehendendi eam, & vlteriùs requirebat eos, vt die sequenti accederent ad talem locum hora vigesima, ex quo omnibus simul volebat idem facere, vnus se excusauit propter pestem, alius dixit se non posse pro illa die & hora, tertius accessit, in cuius manibus fuit etiam realis possessio tradita. Dubitabatur An esset satisfactum præcepto iudicis, & attentata purgata: & licèt de magno rigore vide-

videretur dicendum, quòd non, ex quo ille, qui pro illo die & hora accedere non poterat, debebat expectari ad alium diem, ad not. in l. si longius, ff. de iudic. tamen ad mitigandum magnum rigorem prædicti styli, Do-
2 mini habuerunt attentata + pro purgatis, ex quo apparet de magna diligentia illius, & quia etiam realis & actualis possessio fuit per eum relaxata & dimissa: & licèt omnibus simul non fuisset acquisita, nõ tamen constabat, quòd illi fuissent impediti accipere. Vnde cùm esset in eorum facultate ad libitum eam apprehendere, nihil est ei imputandum, cùm illos cogere non posset ad eam capiendum, & hoc in vna Barchinonensi Prioratus de Colle.

EPITOME.

Intimato parti sequestro, & si non acceperit possessionem sequestratarius, est locus poenis Clem. 1. de seq. poss. & fruct. si pars se intromittat, vel fructus percipiat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dicuntur sequestrati, statim quod Auditor dicit sequestramus.*

DECISIO II. aliàs 137.

SEcundùm Dominos in vna Hispalen. coram D. Pisaurien. Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. locum habet, etiam quando sequestratarius in partibus adhuc non accepit possessionem beneficij, quia si acceptauit, & sequestrum est parti intimatum, & sciuit sequestratarium acceptasse, non potest ampliùs se intromittere, nec fructus percipere, quia satis tunc dicitur impedire, quò minus sequestrum locum habeat, saltem in fructibus per eum perceptis, qui statim dicuntur sequestrati, ex quo Auditor dicit, sequestramus, secundùm maiorem partem Dominorum in vna Cæsaraugustana Cantoriæ coram D. Camillo.

EPITOME.

Mulier est sequestranda, quæ durante lite super matrimonio, secundò nubit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ex iuxta causa potest sequestrari à Iudice.*
2 *Maritus secundus in quasi possessione Mulieris, ea spoliari non debet, non vocatus.*
3 *Matrimonium secundum, habet præsumptionem non validitatis, propter sententias latas ad fauorem primi.*

DECISIO III. aliàs 185.

SEquestranda est mulier,* quæ durante lite super matrimonio, secundo loco nubit, & hoc secundùm Dominos in vna Regien. matrimonij coram D. Piccolomineo, ad impediendum ne carnaliter copuletur cum secundo viro, ad cons. Gemin. 76. & Dec. cons. 163. col. 5. qui allegat Imol. in cons. 125. In causa, quæ vertitur, ex quo esset dedecus primi, in euentum,

*Declara nisi Matrimoniũ cũ primo consumasset, quia nõ sequestratur, sed inte-

S V M M A R I V M.

1 *Tacens dicitur consentire quando contradicendo potest impedire.*

DECISIO II. aliàs 17.

* De quo in decis. 1. infra de seq. poss. & fruct.

SVper eodem stylo Rotæ * accidit, quòd cuidam Canonico Placentino fuerunt intimatæ litteræ executoriales, & postea Capitulum dedit possessionem illi, ad cuius instantiam fuerunt litteræ intimatæ, illo tacente, & nunquã reclamante. Accidit quòd in Curia procurator generalis priùs ab eo constitutus petebat reuocari dictam possessionem per viam attentati; Domini concluserunt non esse reuocandam, quia cùm ille, qui tacuit, vigore litterarum executorialium tenebatur dare possessionem, ta-
1 cendo ✝ videtur consentire, ad l. 2. cum ibi not. C. de acquir. poss. Et quia licèt regulariter tacens in sui præiudicium non videatur consentire, ad vulgatas doctrinas; tamen fallit, quando contradicendo poterat actum impedire, l. 1. §. magistrum autem, ff. de exercit. act. l. semper, de reg. iur.

Alia decis. ad hunc tit. facien. sunt, decis. 1. tit sequen. decis. 1. supra de caus. poss. & propr. decis. 1. supra de Iudic. decis. 7. infra de re iudic.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM, & fructuum.

EPITOME.

Possessio capta vigore executorialium est attentata, non seruatis quatuor terminis, purgantur tamen attentata per diligentias, de quibus hìc.

S V M M A R I V M.

1 *Attentare dicitur capiens possessionem vigore executorialium, non seruatis quatuor terminis.*

2 *Attentata habentur pro purgatis, quando apparet de magna diligentia.*

DECISIO I. aliàs 16.

STylus Rotæ est, quòd si quis vigore executorialium, non seruatis qua-
1 tuor terminis, capit possessionẽ, dicatur attentasse, ✝ quia debet seruare quatuor terminos, ad not. per Felyn. in c. ad probandum, col. antepen. de re iud. Euenit quòd Rota mandauit restitui possessionem in manibus sequestratorum, prout priùs erat, pars quæ attentauerat, iuit separatim ad tres sequestratores, & singulis dixit, quòd relaxabat dictam possessionem, & dabat eis facultatem apprehendendi eam, & vlteriùs requirebat eos, vt die sequenti accederent ad talem locum hora vigesima, ex quo omnibus simul volebat idem facere, vnus se excusauit propter pestem, alius dixit se non posse pro illa die & hora, tertius accessit, in cuius manibus fuit etiam realis possessio tradita. Dubitabatur An esset satisfactum præcepto iudicis, & attentata purgata: & licèt de magno rigore vide-

videretur dicendum, quòd non, ex quo ille, qui pro illo die & hora accedere non poterat, debebat expectari ad alium diem, ad not. in l. si longius, ff. de iudic. tamen ad mitigandum magnum rigorem prædicti styli, Do-
2 mini habuerunt attentata + pro purgatis, ex quo apparet de magna diligentia illius, & quia etiam realis & actualis possessio fuit per eum relaxata & dimissa: & licèt omnibus simul non fuisset acquisita, nõ tamen constabat, quòd illi fuissent impediti accipere. Vnde cùm esset in eorum facultate ad libitum eam apprehendere, nihil est ei imputandum, cùm illos cogere non posset ad eam capiendum, & hoc in vna Barchinonensi Prioratus de Colle.

EPITOME.

Intimato parti sequestro, & si non acceperit possessionem sequestratarius, est locus pœnis Clem. 1. de seq. poss. & fruct. si pars se intromittat, vel fructus percipiat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dicuntur sequestrati, statim quod Auditor dicit sequestramus.*

DECISIO II. aliàs 137.

SEcundùm Dominos in vna Hispalen. coram D. Pisaurien. Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. locum habet, etiam quando sequestratarius in partibus adhuc non accepit possessionem beneficij, quia si acceptauit, & sequestrum est parti intimatum, & sciuit sequestratarium acceptasse, non potest ampliùs se intromittere, nec fructus percipere, quia satis tunc dicitur impedire, quò minus sequestrum locum habeat, saltem in fructibus per eum perceptis, qui statim dicuntur sequestrati, ex quo Auditor dicit, sequestramus, secundùm maiorem partem Dominorum in vna Cæsaraugustana Cantoriæ coram D. Camillo.

EPITOME.

Mulier est sequestranda, quæ durante lite super matrimonio, secundò nubit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ex iuxta causa potest sequestrari à Iudice.*
2 *Maritus secundus in quasi possessione Mulieris, ea spoliari non debet, non vocatus.*
3 *Matrimonium secundum, habet præsumptionem non validitatis, propter sententias latas ad fauorem primi.*

DECISIO III. aliàs 185.

SEquestranda est mulier,* quæ durante lite super matrimonio, secundo loco nubit, & hoc secundùm Dominos in vna Regien. matrimonij coram D. Piccolomineo, ad impediendum ne carnaliter copuletur cum secundo viro, ad cons. Gemin. 76. & Dec. cons. 163. col. 5. qui allegat Imol. in cons. 125. In causa, quæ vertitur, ex quo esset dedecus primi, in euentum,

*Declara nisi Matrimoniũ cũ primo consumasset, quia nõ sequestratur, sed inte-

tum, quòd eius matrimonium canonizaretur, prout iam per duas sententias erat factum, & scandala exinde oriri verisimiliter erat dubitandum, ad l. æquissimum, de vsufruct. & not. in l. licèt, in fin. de probat. prout ex

rim cũ eo remanet. Put. dec. 249. li. 3. Ach decis. 1. de spõsalib.

1 iusta causa † iudex sequestrare potest, ad c. 2. de dol. & contum. cum ibi notatis, ne .s. primus corruptam ab alio mulierẽ ducere cogatur, & quia
2 aliàs secundùs † esset in quasi possessione mulieris, qua spoliari non deberet ipso non vocato, quo casu videtur dari debere sequestrum, vt sententia sine contradictione executioni mandari possit, ad c. cum locum, de
3 sponsalibus, eò magis, quia, vt dixi, secundum matrimonium † habebat præsumptionẽ non validitatis, tum per duas sententias latas ad fauorem primi, tum quia erat post inhibitionem contractum, ad quod vide Card. in clem. ad compescendum, q. 21. & 22. de sequestr. poss. & fruct.

E P I T O M E.

Sequestrum sicut impeditur ex vnica sententia in fauorem possidentis lata, licèt postea reuocata: ita & si rem iud. vel tres conformes habuerit, quamuis victus postea vnam pro se habeat sententiam.

D E C I S I O IV. aliàs 26. lib. 2.

*Vide Simonet. dec 121. & 122. al 82. & 83. lib. 2.

SEquestrum, sicut impeditur ex vnica sententia in fauorem possidentis lata, licèt in alia instantia fuerit reuocata, ad clem. 1. de sequest. poss. Eodem modo secundum Dominos in vna Toletana coram D. Syluestro, quando habuit tres sententias pro se, aut rem iudicatam reportauit executioni demandatam, licèt postea in causa restitutionis in integrum, victus in primo iudicio, vnam pro se contra victorem habuerit sententiam, cùm maior oriatur præsumptio pro bono iure habentis rem iudicatam, iuxta l. 1. de re iud. cum similibus, quàm ex vna sententia appellatione suspensa, de qua in d. clem. 1.

E P I T O M E.

Sequestrum decretum pro petitore est relaxandum ad instantiam eius subrogati vigore resignationis, etiam litteris non expeditis.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatus in iure petitoris cedentis vel decedentis non potest petere sequestrum non docto de iure suo.*
2 *Successor petitoris potest petere sequestrum iam decretum relaxari.*

D E C I S I O V. aliàs 155.

LAta sententia pro petitore contra possessorem, non aliàs decreto se-
1 questro, licèt subrogatus † in iure petitoris cedentis, vel decedentis petere non possit illud decerni, non aliàs discusso de iure suo, ad not. per Card. in clem. 1. in 4. q. vers. & ex his colligitur, de sequestr. poss. & fruct. & in cons. 145. si tamen iam ad instantiam petitoris decretũ sit sequestrum, dubi-

dubitatum fuit coram D. Camillo in vna Gebennen. An habens causam
2 † à petitore per resignationem, de qua per solam supplicationem constabat, petere possit illud relaxari: Et quia aliqui ex Dominis fuerunt in voto, quòd deberet priùs litteras expedire, ex quo datum erat de regula, quòd non iudicetur iuxta formam &c. Omnes conuenerunt, quòd ex officio iudex deberet relaxare, ne ille, qui succumbit, incumbat vitiosæ possessioni, ad c. eum qui, de eo qui mitt. in possess. in 6. & ne litem protelet de fructibus beneficij, vt per Card. in d.clem.1. vers.23. quæro. Quæ rationes militare videntur non tantùm quò ad relaxandum sequestrum iam appositum, sed etiam quò ad apponendum de nouo.

DE CONFESSIS.

EPITOME.

Confessio extraiudicialis citati probat notitiam citationis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis absente parte probat semiplenè.*

DECISIO I. aliàs 28.

CONfessio extraiudicialis,* etiam absente parte, licèt non probet nisi semiplenè, ad c fin. de success. ab intest. Bart. in l. admonendi, de iure iur. Tamen omnes Domini tenuerunt, quòd ad probandum, quòd citatio deuenerit ad notitiam citati, sufficiunt testes deponentes se audiuisse citatum id confitentem, & ratio secundùm me est clara, & naturalis, quia cùm hoc fiat ad probandum notitiam, seu scientiam, satis de ea plenè constat, si confitetur, quia confiteri non potest, nisi sciat, & hoc coram D. Paulo.

* Facit Put. dec.11 & 52. lib.2. & latè Mascard cõclus.347.

EPITOME.

Prohibitus donare, non potest confiteri in alio contractu.

DECISIO II. aliàs 198.

MInor, vel mulier,* prohibiti per statutũ donare, prohibentur etiam confiteri in quolibet alio contractu, quando per confessionem talem posset alias statuto fieri fraus, quia in fraudem talis confessio præsumitur, secundùm Dominos in vna Romana officij coram D. Piccolomineo, ad not. per doct. in l. cum quis decedens, §. Titia, de leg. 3. & in l. si fortè, de castr. pecul. & in l. si donatione, C. de collat. per l. qui testamentum, ff. de probatio. per Alex. cons. 18. vol. 3. per Dec. cons. 132. Felyn. in c. si cautio, num. 59. de fide instrum. per Soc. latè cons. 66. col. 1. aliàs statutum redderetur elusorium. contra c. si ciuitas, de sent. excomm. in 6. cum similibus.

* Vide latè Put. dec 55. lib.3. sed vide Achil decis. 1. de confess. vbi limitat.

Ad hunc tit. facit etiam decis. 2. supra de Iudic.

DE

DE PROBATIONIBVS.

EPITOME.

Gratia expectatiua non probatur per insertum in processu fulminato.

SVMMARIVM.

1 *Processus fulminatur sine causa cognitione.*

DECISIO I. aliàs 3.

* Vide Put. dec.65.lib.1. & inserto, si pars nō opponat, Iudicē præstare fidēposse, tra d c Put. dec. 246.lib.3.

QVidam * habebat in actis acceptationem, & prouisionem vigore gratiæ expectatiuæ, quam dicebat se amisisse, & de ea tantùm constabat per processum fulminatum, in quo erat eius tenor insertus. Fuit pluriès conclusum in Rota, quòd non sufficiebat, quia non creditur in-
1 sertis, & maximè quia processus † fulminatur sine causæ cognitione, & ita fuit tentum in vna causa penden. coram D. Pisauriensi.

EPITOME.

Valor non probatur excessiuus ad impugnationem gratiæ, nisi dicatur deductis oneribus.

DECISIO II. aliàs 29.

* Vide Gomes. super reg. de valore, q.12. Put. dec.464.li.2. Mohed.d.16. de præben.

LIcèt testes in vna Burgensi beneficiorum, coram D. Camillo, dicerēt, quòd beneficia valebant 400. & sic quòd excedebant valorem narratum in Bulla, tamen, quia articulus, vel interrogatorium non dicebat: deductis oneribus; nec testes etiam hoc dicebant, Domini tenuerūt, quòd non probaretur excessiuus valor, ad decis.702.al.10.de præbend.in antiq. per c. præsenti, de off.ordin.in 6.

EPITOME.

Obitus dicitur probatus, licèt duo testes deponant de mense, & non de anno, & duo de anno, & non de mense.

DECISIO III. aliàs 33.

* De mortis probatione, Masc. concl. 1073.

SI duo testes probent annum obitus, non autem diem, nec mensem, & duo alij probent mensem, sed non annum, satis dicitur clarè obitus probatus, iunctis simul dictis omnium, ita, vt annus, & mensis certus probetur.

EPITOME.

Prouiso à Nuncio non datur adiudicatoria contra possessorem, existente tertio prouiso à Papa, sed datur remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus à Nuncio debet probare beneficium esse infra taxam.*
2 *Remissoria datur prouiso à Nūcio ad proban. valorē extra cur. etiā in prima.*

DECI-

DECISIO IV. aliàs 38.

1 Prouisus à Nuncio de quadam Præceptoria Barchinonensi, qui tenebatur probare † quòd esset infra taxam, & valorem, ad quem Nuncius facultatem habet, iuxtà decis. 348. al. 10. de probat. in nou. non debet habere adiudicatoriam contra possessorem, quando est tertius in causa admissus pro interesse, qui est prouisus à Papa, & opponit contra actorem de valore prædicto probando per eum, ex quo si non esset Præceptoria infra taxam, sed excederet, beneficium spectaret ad ipsum, & ideo non deberetur actori, sed ipsi adiudicatoria, quare interim propter ius istius tertij, non est ius actoris clarum, sed in suspenso, Et ideo Domini fuerunt
2 in voto, quòd, cùm ipse non posset in Curia benè probare valorem, † daretur ei remissoria in partibus.

EPITOME.

Scriptor Apostolicus quis probatur, si in subscriptionibus bullæ dicatur Gratis pro socio.

DECISIO V. aliàs 44.

AD probandum quòd aliquis sit Scriptor Apostolicus, prout in bulla narratur, satis sufficit, Gratis pro socio, quod ponitur inter manus, & subscriptiones officialium per scriptorem, vt Domini voluerunt in vna Caurien. beneficiorum.

EPITOME.

Rebellio non probatur ex narratiua Papæ in bullis facta.

DECISIO VI. aliàs 49.

EVgenius in quibusdam bullis, concedendo immunitatem quandã certis Castris comitatus Bononien. narrabat, & asserebat Ciuitatem Bononiæ rebellem. Dubitabatur in quadam causa Bononiensi inter Ghislerios, & Bentiuolos, An ex hoc rebellio probaretur, ad clem. 1. de probat. & Felyn. in c. cùm à nobis, de test. & Socin. in cons. 266. col. 10. in 2. par. & ex quo eramus in materia valdè præiudiciali tertio, & quod fieri non poterat sine maxima culpa: Domini tenuerunt, quòd non debeat stari narratiuæ, & assertioni Papæ, ad not. per Abb. in d. clem. 1. Gemin. cons. 53.*

* Vide Put. dec. 129. lib. 1 vbi huius decis. meminit. Mohed. dec. 271. al. 7. hoc tit.

*Adde Deciũ cõs. 445. in 7. q. n. 60. & seq. & 576. in fi. Gabr. cõcl. 2. de prob. nu. 28. & seq.

EPITOME.

Narratiua Papæ, cum alijs adminiculis probat rebellionem.

SVMMARIVM.

1 *Communitas ad hoc vt sit rebellis, debet fieri actus conuocato, & communicato consilio.*
2 *Mandatum non præsumitur, maximè ad delinquendum. nu. 3. fallit nu. 4.*
5 *Scientia præsumitur existentium in arbitrio proprio.*
6 *Veniæ petitio non probat delictum.*

DECI-

DECISIO VII. aliàs 89.

QVia anno præterito, vt supra decis. proxima, fuit tentum, quòd narratiua Papæ non probat rebellionē, in eadem fuit postea resolutum, quòd rebellio esset probata per easdem bullas Eugenij, iunctis alijs adminiculis, ad not. per Felyn. in c. ad audientiam, num. 12. de præscript. Fuerunt enim producta capitula quædam inita per assertos procuratores Bononien. ciuitatis, cum Nicolao Piccinino Capitaneo Ducis Mediolani, asserentes se habere mandatum, de quo fuerat talis Notarius rogatus, quę capitula fuerunt postea effectuata in Ciuitate Bononien. per actus nō momentaneos, sed habentes tractum successiuum, sciente, patiente, & non contradicente communitate. Vnde licèt videretur hoc non sufficere, quia
1 ad hoc vt communitas ✝ sit rebellis, debet fieri actus conuocato, & communicato consilio,* ad Alex. cons. 13. col. 3. lib. 6. Oldrad. cons. 66. & Calcan. cons. 81. & quia non constabat de mandato ✝ dictorū procuratorum,
2 quod non est præsumendum * ad not. per Bald. in l. 1. C. de reb. alien. non alienand. Alex. & alij in l. sciendum, de verb. oblig. Felyn. in c. sicut, de re
3 iud. & maximè ad delinquendū ✝ ad not. per Bald. & Rom. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. & per Bart. & Ias. in l. si procurator. ff. de cōd.
4 indeb. Tamen quia mandatum ✝ erat enunciatum,* & sumus in antiquis, satis est pro eo præsumendū ad cons. Curt. 77. col. 4. & Dec. cons. 36. col. 5. & in cons. 42. col. 8. & maximè quia sumus in actu, quem verisimiliter quis non faceret sine mandato,* & quia fuerunt effectuata sciente communitate (vt dixi) nec contradicente, quod videtur sufficere in actu successiuo,* ad textum in c. felicis, §. vlt. vers. ciuitas, de pœn. in 6. & cons. Anchar. 158. quem sequitur Io. de Anan. & Felyn. in c. dilectus, el 2. de symon. & Felyn. in c. cum omnes, in penult. cart. vers. sexta declaratio, de const. & Anchar. & Card. in clem. 1. de pœn. & Abb. cons. 28. col. 2. & tantò magis
5 quia dicta capitula fuerunt reperta in archiuio ✝ publico communitatis* ad not. in auth. ad hæc, C. de fid. instrum. & not. per Doct. communiter in c. ad audientiam, de præscrip. & licèt hoc non argueret scientiam totius communitatis, sed tantùm officialium pro tempore: Tamen concurrebat
6 etiam, quòd postea Oratores communitatis ✝ petierunt veniam à Papa, ex quo licèt non probetur, tamen arguitur delictum, ad not. per Abb. post Innocen. in c. venerabilem, col. 7. num. 22. de elect.* Quibus omnibus supradictis simul iunctis, satis fuit, secundùm Dominos, vt dixi probata rebellio.*

*Com. cons. 224. li. 4. dec. Pedemót. 138 cū alijs allega. per Clar. q. crim. 16. ver vlterius.

*Gab. de procur. concl. 1.

* Gabr. vbi supra nu. 9.

* Gabr. vbi sup. in 1 lim.

* Gabr. vbi sup. nu 29.

* Masc. cōcl. 1293 n 20.

* Rot. dec. u. de sēt. exc in antiq Gabr. li. 7. cōcl 23. n 15. Clar q. cri. 49. vers. sed hic incidenter.

* Vide Gigā. de crim. laes. maiest. tit. de Rebellibus q. 12.

EPITOME.

Remissoria extra Curiam ad probandum delictum conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Causa meri imperij de iur. can. delegantur.*

DECI-

DECISIO VIII. aliàs 130.

Remissoria in prouincia Virdunen. ad probandũ Abbatissam fore corruptam,& filios peperisse,& sic ad probandum delictum,fuit per Dominos concessa, in vna coram D. Nicolao Piccolomineo, attento quòd de
1 iure canonico † causæ meri imperij possunt delegari, ad not. in c. quod sedem, de off.ordin. decis.416. al.2. de præscrip. in nou. Et quia, etiam in causa criminali, testium existentium extra prouinciam potest examen committi, * ad not. per Bald. in auth. apud eloquentissimum, C. de fide instrum.Felyn.in c.cum causam col.pen. de testib. [qui attestantur etiam Romanam Curiam ita seruare.] * Clar.q.crl. 26. ver. sed quæro.Gabr. li.7.cõcl.25.

EPITOME.

Abbatissam concepisse, & peperisse probare volens, dicitur habere materiam releuantem, & ei datur remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis nunquam intelligitur, nisi sit expressa.*
2 *Monialis corrupta eligi non potest in Abbatissam.*
3 *Abbatissa corrupta an possit priuari.*
4 *Abbatissæ, & monialis corruptio dicitur sacrilegium.*
5 *Abbatissa corrupta grauius punitur, quam monialis simplex.*
6 *Carceratio perpetua est maior pœna, quæ dari possit de iure canonico, & succedit loco mortis.*
7 *Pœna priuationis, vel alia, licèt pro delicto imponi non possit, si tamen Papa rescribat Iudici, constito &c. priues, vel talem pœnam imponas, videtur declarare, quòd debeat imponi.*

DECISIO IX. aliàs 131.

IN eadem præcedenti fuit dubitatum, An esset remissoria releuans, si altera monialis habens gratiam, si neutri, & in euentum priuationis, prouisionem, vel mandatum de prouidendo, inscribendo se ad pœnam talionis, velit probare Abbatissam concepisse, & filium peperisse. Et du-
1 bium faciebat, quia pœna priuationis † nunquam intelligitur, nisi sit expressa, ad glo.in c.vlt.de iur.patr. & Felyn. in c. querelam, de iure iur. Et
2 quia, licèt corrupta † eligi non possit in Abbatissam, ad c. iuuenculas,& c.vidua, cum ibi not.20.q.1.non tamen sequitur, quòd iam electa propter
3 talem † corruptionem postea superuenientem debeat deponi, arg.l.patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien.iur.& c.quemadmodum,de iur.iur. Et tantò magis, quia ratio videtur cessare,nam ideo eligi non potest,quia
4 debet benedici, & corrupta † benedici non potest, vel consecrari, d.c.Iuuenculas, & c. Acutius 26. dist. Tamen & alia ratio videtur esse, vt per Bonifac.in clem.attendentes,§ si quis verò, num.4.de stat.monach. quia, virginitatem hortari non potest,ad c.vna,26.dist.quæ ratio videtur adhuc mili-

militare. Item, quia si debet talis corrupta in ergastulo includi, & à cętu
monasteriorum, & ecclesiarum conuentibus eliminari, ad c. impudicas, &
c. peruenit, 27. q. 1. quomodo posset alijs præesse, & administrare, cùm (vt
ibi dicitur) debeat ibi perpetuam pœnitentiam agere: Et ex hoc etiam
5 quia non dicitur † simplex fornicatio, sed sacrilegium; * Domini fuerunt
pro pœna priuationis, ad not. per Abb. & Felyn. in c. at si Clerici, de iudic.
& quia si hæc pœna, de qua in d. c. impudicas, apponitur in simplici mo-
6 niali, tantò magis † in Abbatissa, cuius maius est vitium, & delictũ ma-
iori culpæ attribuendum, ad not. in c. præcipuè, 11. q. 3. & c. nulli fas, 25.
q. 1. Et quia de iure canonico nulla maior pœna dari potest, quàm carce-
7 ratio * † quæ loco mortis succedit, scilicet, si est perpetua, ad c. pen. §. vlt.
de hæretic. & not. in c. qualiter & quando, de accusat. & c. si Episcopus,
50. dist. per Card. in c. cum non ab homine, de iudic. in c. vlt. de transact. &
tantò magis, quia in casu superiori narrata fuerunt crimina prædicta Pa-
„ pæ, qui in litteris directis Auditori dicebat, Et quia veris existentibus
„ prædictis, dicta Abbatissa monasterio se fecit indignam, mandamus, con-
„ stito &c. provt iustum fuerit, procedendo, priues: quo casu, licèt simus
in casu dubio, scilicet, An ex delicto pœnam priuationis mereretur, ta-
8 men in eo † videtur Papam declarasse mentem suam, vt imponatur, ad
not. per Felyn. in c. ex parte, num. 4. de rescript. facit quod idem Felyn.
dicit in c. cum à nobis, vers. 4. not. de testib. & in c. inquisitionis, 3. col.
vers. 2. not. de accusat.

* Vide Marsil. l. vn n. 40. de rapt. virg. Menoch. de arb. iud. casu 389. dec. Pedemont. 103.

* Vide Clar. in pr. crim. q. 70 ver. pęna. adeo vt hui⁹ pœnæ loco possit pœna triremiũ imponi. Affl. super const. Hi qui, nu. 7. & seq. Diaz. in pract cri. canon. c. 140.

E P I T O M E.

Insertis in sententia creditur.

S V M M A R I V M.

1 *Inserto non creditur.*
2 *Sententia probat.*

DECISIO X. aliàs 134.

INsertis licèt non credatur, ad not. in auth. si quis in aliquo, cum ibi not. per Doct. C. de edendo, tamen si in sententia confirmatoria alicuius transactionis, vel concordiæ, illius tenor inseratur, quia sententiæ creditur, ad not. in c. quoniam contra, de probat. in consequentiam necessariam creditur insertis, secundùm omnes Dominos in vna Veronen. indebitæ exactionis coram D. Camillo.

E P I T O M E.

Consensus simplex refertur ad simplicem resignationem, si duæ sint vna simplex, altera cum regressu, & super vtraque signata supplicatio.

S V M M A R I V M.

1 *Incertitudo vitiat.*
2 *Regressum habens, debet concludenter probare consensum.*

DECI-

DECISIO XI. aliàs 135.

DVæ ſupplicationes eiuſdem datæ reperiebantur, in quarum vna erat reſignanti reſeruatus regreſſus, in alia verò non: poſtea verò reſignatarius conſenſit, iuxta formam ſupplicationis ſignatæ ſub tali data. Dubitabatur in vna Abulen. Parochialis coram D. Paulo, An deberet referri ad ſupplicationem illam, in qua erat regreſſus, vel propter incertitudi-
1 nem † vitietur, ad l. ſi fuerit, ff. de reb. dub. Et Domini tenuerunt, conſenſum referri ad ſimplicem reſignationem, mori ex hoc, quia ille qui habet
2 regreſſum debet probare † conſenſum, quem cùm non probet concludenter, quia referri poteſt etiam ad aliam ſupplicationem, vbi regreſſus non erat, meritò, &c. ad not. in c. in præſentia, de probationibus.

EPITOME.

Beneficij ſtatum ſufficit probare, licèt probetur mala illius erectio.

DECISIO XII. aliàs 136.

SVfficit probare ſtatum beneficij, & de eo tanquam de beneficio fuiſſe factas collationes per Ordinarium, & effectum ſortitas, licèt in contrarium producatur mala erectio, & non ſecundùm formam mandati Pontificij facta, quia (ad l. neque natales, C. de probat.) non ſequitur, quin potuerit poſtea benè erigi, nec ille, qui habet beneficium, tenetur probare erectionem, ſed quòd tanquam beneficium fuit per alios prædeceſſores poſſeſſum, & de eo prouiſum, ſecundùm Dominos in vna Hiſpalen. coram D. Piſaurien.

EPITOME.

Litteræ Ordinarij prouidentis de beneficio in eius manibus reſignato, non probant reſignationem.

SVMMARIVM.

1 *Litteris Ordinarij non creditur in praiudicium impetrantis Apoſtolici.*
2 *Ordinarij litteris quando credatur.*
3 *Deciſionum Rota 22) in nouis, & 347. in antiquis, intellectus.*

DECISIO XIII. aliàs 137.

LItteræ Epiſcopi ſolo ſigillo ſuo ſigillatæ, ſine Tabellione rogato, quòd conferebat beneficium vacans per reſignationem, hodie in manibus eius factam, & per eum admiſſam, fuit dubitatum in vna Dolen. coram D. Io. Maria. An probent reſignationem: & licèt pro parte affirmatiua videantur duæ deciſiones Rotæ. vna 22. al. 1. de probatio. in nou. alia 347. al. 16. eo. tit. in antiq. Tamen maior pars Dominorum tenuit opinionem
1 negatiuam, vt ſicut talibus litteris † non creditur in præiudicium impetrantis Apoſtolici, & ſic tertij, propter fraudes præſumptas, ad deciſ. 348. al. 10. de probatio. in nou. ita nec in caſu noſtro, propter maiorem frau-

* Vide Put. dec. 384. li. 1. Maſcard. de probat. cõcl. 990. Moder. de reſign. lib. 8. q. 11.

dis præsumptionem, aliàs enim esset in facultate Ordinariorum priuare omnes beneficiatos suæ diœcesis, asserendo eos in manibus suis resignasse.
Nec obstant supra dictæ Decisiones, quæ contrariare videntur, quia debent intelligi sanè, & secundùm rationem, ex qua mouentur, scilicet, quia
2 creditur Episcopo † Ordinario in his, quæ pertinent ad eius officium, ad not. per Innoc. in c. 2. de fid. instrum. Vnde hoc procederet in admissione resignationis, & collatione, non autem in resignatione, quæ fit per ter-
3 tium, & ita videntur consonare † verba dictæ decis. 347. al. 16. hoc tit. in antiq. dum dicunt de resignatione per eum admissa. Item & secundò, quia ambæ Decisiones loquuntur, quando omnia vno, & eodem tempore, per eum, & coram eo facta existunt: sed in casu nostro dictum fuit [per resignationem hodie in manibus nostris spontè factam] & hoc potest verificari per plures horas ante, ita vt non concludenter probentur omnia eodem contextu facta esse, & ita in alia Burgensi coram me anno præterito determinatum fuit.

EPITOME.

Absolutio excommun. etiam in foro contentioso ad effectum validitatis gratiæ, probatur per solum Pœnitentiarium.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato facta prouisio est nulla.*

DECISIO XIV. aliàs 163.

1 Absolutionem, etiam in foro contentioso, ad effectum validitatis gratiæ, sufficit probare per solum Pœnitentiarium dicentem in cõfessione se absoluisse à censuris, ad not. per Felyn. in c. veniens, el 2. col. 8. n. 21. de testib. & per eundem Felyn. in c. testimonium, col. pen. eo. tit.* & per hoc obtinuit quidam familiaris Domini Cardinalis Dertusensis coram D. Camillo, cui opponebatur de excõmunicatione per eum incursa percutiendo Clericum, ad c. si quis suadente, 17. q. 4. & per consequens prouisionem, post acceptationem illius factam vigore gratiæ suæ expectatiuæ, nullam fore, ad decis. 126. al. 8. de sent. excomm. in antiq.

* Et est in term. cõf. Calde. 2. de testibus, de quo vide Mascar. concl. 12. de probation.

Decis. 15. al. 178. Vicarius, quæ in alia impress. hic posita erat, sub suo tit. de offic. Vicar. sup. fol. 30. posita fuit.

EPITOME.

Gratus, & acceptus quilibet in dubio, præsumitur, nisi contrarium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Acceptio personarum est probibita, & non præsumitur.*

DECISIO XVI. aliàs 179.

Priuilegium per plures Pontifices successiuè concessum Duci Sabaudiæ, quòd de beneficijs in ipsius dominio existentibus, aliàs generaliter

liter reseruatis, non valeat prouideri, nisi personis eius ditioni subiectis, vel aliàs sibi gratis, & acceptis, fuit in vna causa Eduen. prioratus coram me, per actorē productum, ad effectum excludendi gratiam Apostolicam conuenti, Quo non obstante, Domini fuerunt cōcordes, quòd, cùm actor debeat intentionem suam plenè probare, si aliàs conuentus non probetur Duci ingratus, præsumatur gratus,* pro quo vide Alberic. in suo dictionario in verb. gratus, per l. seruus, de manumiss. testam. & l. omni modo, C. de inoff. test. facit etiam, quòd ✝ cùm acceptio personarum videatur de iure prohibita, ad c. sacrorum, 63. dist. & c. dilectissimi, 8. q. 2. de quo latè per Alber. in suo dictionario, in verb. acceptio, & c. in iudiciis, vbi per Dyn. & Io. Andr. de reg. iur. in 6. illa etiam non præsumatur, arg. l. merito, ff. pro socio, cum vulg. ita vt in dubio quilibet pariter dicatur acceptus.

*Menoch. de præsump. lib. 1. q. 18. n. 6.

1 (margin, at "C. de inoff.")

EPITOME.

Promittens de rato cum iuramento, & pœna; si probat habuisse mandatum ad contrahendum, non tenetur, nisi intersit.

SVMMARIVM.

1 *Rati promissio cum iuramento, & pœna intelligitur, quatenus intersit.*
2 *Pœna non exigitur, nisi intersit, quia cum interesse commensuratur.*

DECISIO XVII. aliàs 189.

Promittenti de rato cum iuramento, & pœna, sufficit probare aliàs se habere mandatum, vel facultatem celebrandi actum, ad l. 3. cum glo. rem rat. hab. & cons. Aret. 100. Galiaul. in l. 4. §. Cato, in princ. 9. col. de verb. oblig. secundùm Dominos in vna Romana, siue Ianuensi societatis,
1 coram D. Piccolomineo: Quia stipulatio ista ✝ intelligitur quatenus intersit,* ad l. si commissa, & in l. stipulatione, ff. rem rat. hab. & licèt sit pœna apposita, quo casu non deberet interesse attendi, ad not. per Doct. in l. stipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. & Abb. in c. veniens, de iure iur. quia stante pœna, verum non est commensurari cum interesse, & ideo exigitur, licèt multo maior, tamen nullo dato interesse, pœna, & iura-
2 mentum cessare videntur, tanquam ✝ non contrauentum, stante tacita conditione promissionis, si intersit, ad cons. Socin. 253. num. 12.

* Vide decis. Pedemōt. 70.

EPITOME.

Familiaritatis continuatio probatur, ex pluribus præsumptionibus, de quibus hic.

SVMMARIVM.

1 *Obiectus debet plenè probari.*
2 *Absentia quinquennali quis desinit esse familiaris.*
3 *Continuatio non præsumitur si non probatur vltimum extremum.*
4 *Probatio, vel præsumptio oritur ex narratiua in antiquis.*
5 *Possidere quis præsumitur ex titulo narrato, & in litteris expresso.*

6 *Mutatio status non præsumitur breui tempore, puta anni.*
7 *Sententia lata super statu personæ inter alios præiudicat alijs.*
8 *Testes inter alios examinati an alijs præiudicent.*

DECISIO XVIII. aliàs 202.

* Vide Simonet. de reseruat. q. 36 Mascard. de probation. cõcl. 755. & seq. Gomes. de impetr. per obit. fam. Card. q. 13.

Familiaritas * ad effectũ inducendi reseruationem, licèt deberet plenè probari, & non per præsumptiones, quando allegatur à non possessore
1 primo tanquam † obiectus, ad not. per Innoc. in c. super his, de accus. & per Ægid. decis. 612. & per consequens verificando quis defunctum ante obtentum beneficium fuisse familiarem, licèt deberet præsumi continuatio, ita vt tempore obtenti beneficij familiaris præsumeretur, ad not. in l. siue possidetis, C. de probat. & per Doct. in c. fin. de verb. sign. arg. not. per Bart. in l. ex eo, de milit. test. in fi. l. 2. C. de primicer. lib. 12. dum absentiam
2 † quinquennalem requirere videntur, vt quis dicatur desinere esse familiaris: Tamen quia negari non potest esse præsumptiuam probationem, videbatur ex supradictis nõn esse sufficientem, maximè, quia quando non
3 probatur vltimum extremum, non est forsan verum continuationẽ † præsumi, ad not. in d. l. siue possidetis. Quibus tamen non obstantibus, maior pars Dominorum, propter plures præsumptiones continuationis, fuit pro familiaritate, in vna Salamantina della Scierpe coram me. Primò, quia in prouisione defuncti super beneficio, de quo agebatur; dicebatur familiaris, & erat antiqua de anno quinto Alexandri, & ex tali narratiua
4 † in antiquis, probatio, vel præsumptio oritur, ad not. per Imol. in clem. 1. de probat. Secundò, quia cùm non ostenderetur, quòd aliò titulo defun-
5 ctus obtinuerit beneficium, & possederit, nisi ex supradicto † ex quo præsumebatur, ad not. in l. quidam, de rei vendic. præsumeretur bono titulo possedisse, & sic illum tunc familiarem, aliàs eius gratia foret surreptitia, sub prætextu falsæ familiaritatis impetrata. Tertiò, quia inter tempus probatæ familiaritatis, & gratiæ, concurrerat tantùm annus, & verifica-
6 batur illum fuisse in Curia, & ex tam breui † tempore mutatio status non præsumitur, ad notata per Bald. in prima const. C. in fin. Quartò, quia in alia causa inter alios, testes super familiaritate eiusdem, etiam de tem-
7 pore gratiæ, examinati, benè probabant, vt † saltem inter istos præsumptionem * inducant, ad not. per Bald. in l. admonendi, de iure iur. Abb.
8 in c. fin. eo. tit. maximè super statu personæ † in quo etiam sententia inter alios lata præiudicat alijs, ad not. in l. ingenuum, de stat. hom. per Bart. Salyc. & alios in l. 2. C. quib. res iud. & pro decis. ista facit decis. 11. de probat. in antiq. maximè quia nõ erat in casu nostro propriè obiectus, ex quo stante familiaritate, intrabat gratia illius, ad decis. 18. de except. in antiq. cum seq. & Felyn. in c. cum olim, col. pen. de rescript.

* Vide Afflic. dec. 316. Rip. in l admonẽdi, nu. 202. & seq. ff. de iure iur.

EPITOME.

Remissoria non datur volenti probare aduersarium dixisse nullum ius fouere, sed, vt vigore concordiæ aliquid extorqueret, causam commisisse.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lis calumniosa non impedit Ordinarij collationem:*
2 *Lis quando calumniosa dicatur.*
3 *Ad effectum litis non est necesse de iure agentis constare.*
4 *Calumnia est delictum.*
5 *Remissoria non datur ad probandum crimina.*

DECISIO XIX. aliàs 43. lib. 2.

1 LIs calumniosa, † (quæ non obstante dispositione, c. si hi contra quos, vt lit.pend.in 6. non impedit Ordinarium à collatione, ad decis.Bisi-
2 gnet.2. de rer.permut.in fi.) satis dici potest, quando † vltra longũ tempus, quod non obstante decis. moderna D. Cassad.5.vt lit.pend.forsan so-
3 lum non sufficeret, cùm ad effectum litis † non sit aliàs necesse de iure agentis constare, secundùm Phil. Franc. in c.1.col.2. vers.cogita tamen, vt lit.pend.in 6. concurreret, quòd pars agens, etiam extra iudicium, confessa fuerit se nullum fouere ius, & hoc sciens, solùm ad effectum aliquid, vigore concordiæ, extorquendi, causam commisisse, secundùm Dominos in vna Sancti Andreæ Cantoriæ coram D. Raynaldo, arg.not.per Innoc. in c.quia plerique, de immun.eccles. & Abb. in c.is qui fidem, de spons. & glos. & Doct. in authen. sed iam, C.de donat.ante nupt. Fuit tamen parti volenti talia verba per aduersarium prolata probare, remissoria denegata, tum quia fumus non ad tempus cõmissionis tendebat, ita quòd litem
4 calumniosè institutam dici potuisset, tum quia cum calumnia sit † delictum, ad l.1. §. calumniatoribus, ff.ad turpill.& l.athletas, §.calumniator,
5 ff.de his, qui notant.infam.& ad probandum crimina † non detur remissoria, vt per Ægid. decis.496. tum & finaliter, cùm aliquid de iure agentis constaret, ex quo satis Domini Iudicarunt, ex causa, & non calumniosè, litem fuisse motam.

EPITOME.

Spoliator excipiens, quòd actor non probauit primum extremum, clarè, & plenè id probare debet.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator potest opponere primum extremum non esse probatum.*
2 *Instrumenta duo eiusdem datæ per concursum inuicem se impediunt.*
3 *Spoliator clarè, & plenè debet probare vt absoluatur.*
4 *Reus volens excludere intentionem actoris, debet clarè intentionem suam probare.*
5 *Reus se fundans in anterioritate alterius possessionis, necesse est, vt certitudinariè eam probet.*
6 *Excipiens de actu eadem die facto, tenetur probare anterioritatem.*
7 *Possessio illius est præferenda, de cuius iure constat in petitorio.*
8 *Spoliator dans de iure tertij, debet id clarè probare.*

DECISIO XX. aliàs 56. lib. 2.

1 SPoliator, qui ad tollendum primum extremum, opponebat † (vt potest, ad decis. vlt. de rest. spol. in nou.) quòd actor possessionem suã per solum instrumentũ non probauerat, cùm ipse aliud possessionis cuiusdam tertij instrumentum produxisset eiusdem datæ, ita vt per concursum † in-
2 uicem se impedirent, ad not. per Felyn. in materia duarum collationum eiusdem datæ, in c. capitulum, num. 15. de rescript. Et per incertitudinem
3 prioritatis, primo extremo clarè, † & plenè non probato, vt reus veniret absoluendus, in vna Placentina Parochialis S. Dominici coram me, in qua simul in petitorio, & possessorio procedebatur, non fuit per Dominos
4 exauditus, tum quia reus † volens excludere intentionem actoris, eum oportet clarè exceptionem suam probare, ad not. per Bart. Alex. & Doct. in l. non solùm, §. sed vt probari, de op. nou. nunciat. per l. matrẽ, C. de probat. Et cùm ad effectum, vt instrumentum actoris non probet possessionem, oporteat aliam præcessisse possessionem: reus, qui se fundat in an-
5 terioritate † alterius possessionis, necesse est, vt certitudinariè anterioritatem probet, ad not. per glos. Imol. & Card. in clem. vlt. de rescript. Et
6 quòd excipiens † de actu eadem die facto, teneatur probare anterioritatem, not. Felyn. in c. super litteris, col. 9. in fi. vers. limita primo, de rescript. post Ægid. decis. 699. Tum quia cùm de iure actoris, etiam in petitorio
7 constaret, † possessio sua videtur præferenda, ad l. 1. in fi. cum l. seq. ff. vti possidetis, & not. per Felyn. in c. licet causam, col. 9. vers. quarta causa, de probat. Tùm etiam tertiò, quia cum spoliator daret de possessione,
8 † & sic de iure tertij, debebat ipse clarè deducere, & probare; per decis. Ægid. 528.

EPITOME:

Successor quæ teneatur probare.

SVMMARIVM.

1 *Successor non tenetur iustificare titulum prædecessoris, sed probare communem reputationem, & trienn. possess. ampliatur vt num. 2.*
3 *Titulum non producere meliùs est, quàm infectũ producere, limita vt n. 4.*
5 *Possessio noua præsumitur, præsumpto titulo ex triennali possess.*
6 *Alleg. Lapi procedit in sola detentatione post resignationem.*

DECISIO XXI. aliàs 15. lib. 2.

1 SVccessori, qui non tenetur titulum sui † prædecessoris iustificare, sed ei sufficit probare communem reputationem, & triennalem sui auctoris possessionem, ad Lap. alleg. 89. Eadem ratione, secundùm Dominos, in vna Conchen. præstimonij, coram D. Sarnen. tentum fuit, supradicta suf-
2 fragari, † etiam si per aduersarium infectus titulus auctoris, & illius vigore capta possessio probetur, licèt enim secundùm eos meliùs esset titu-

lum

3 lum † non producere, quàm infectum producere, vt per Ægid. decis. 287.
4 & 393. Tamen illud procederet † quando produceretur ab eodem volente titulum iustificare, secus si à tertio, * cùm non illum, sed alium habuisse titulum allegare possit, & quia si ex triennali possessione titulus
5 præsumitur, præsumpto titulo, etiam † nouam possessionem in cōsequentiam præsumi necesse est. Nam allegatio Lapi procedit in sola detentatione post resignationem remanente, quo casu attento, dicere oportet à principio infectam fuisse possessionem, & sine titulo, & tamen si triennio possedit, & ab alijs, vt rector reputatus fuit communiter, & titulus præsumitur, vt ibi, & per consequens possessio bona.

* Idē Put. in ea. caus dec. 356 li. 1. Accorōb. decis. tt. 18. lib. 1.

Quæ sequuntur duæ decisiones in alia impressione fuerant prætermissæ, nos eas restituimus, & correctas imprimi curauimus.

EPITOME.

Matrimonium probatur per litterarum viri receptionem, & mulieris consensum, in quibus vir scribit, quòd eam nunquam dimittet, & quòd erit ipsius & mulieris honor.

DECISIO XXII. aliàs 98.

Scripserat N. cuidam Franciscæ tres litteras * amatorias, in quibus singulis inter alia hæc verba aderant: Ego volo semper esse apud vos, nec vos vnquam dimittam quamdiù vixero. & erit vester, & meus honor. ex huiusmodi litteris, probata receptione, & consensu ex parte Franciscæ mulieris, Maior pars Dominorum, propter illa verba. [Non dimittā vos quamdiù vixero] fuerunt pro matrimonio, in vna Colonien. matrimonij coram D. Pisaurien. ad glo. in c. primo, 30. q. 5. & Hostien. post alios in c. ex parte, de sponsal. & attestantur pleraq; summæ, licèt, secundùm aliquos, prædictæ litteræ potiùs ad excitan. libidinem, quàm causa contrahendi matrimonium videantur emanasse, & ad illa verba, [erit vester & meus honor,] vt sint pro matrimonio, facit consil. Barbat. 6. in prima parte. Cautus ergo sit quisque in talibus litteris amatorijs scriben.

* Vide Paris. cons. 55. li. 4. Io. Bapt. Ferret. cō. 374.

EPITOME.

Iuramentum in supplementum defertur in causa matrimoniali, si sit plusquam semiplenè probatum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ad probandum, An, & quando admittantur parentes, & consanguinei.*

DECISIO XXIII. aliàs 10. lib. 2.

Matrimonium, quod, quando non est disparitas, potest probari per parentes, * fratres, sorores, & consanguineos, ad not. per Abb. & Doct. communiter in c. super eo, il 2. de test. & in c. videtur, qui matr. accus. poss. quia, quando mulier aliàs remaneret corrupta, hoc forsan non

* De quo latè Gabr. cōc. 9. de testib.

procederet, cùm tunc de vituperio, & honore talium deponentium agi videatur, ad not. per Aret. in cons. 13. col. 7. & Dec. cons. 133. col. 2. vers. secundò dicta Margarita: Domini in isto casu, in vna Cæsaraugustana matrimonij coram Domino Pisaurien. fuerunt pro iuramento in supplementum, quod etiam in causa matrimoniali, quando est plusquam semiplenè * probatum, deferretur, vt per Abb. in c. mulier. col. pen. de iure iur. Alex. in l. 3. in princ. col. 3. vers. limitat tamen hoc Roman. de iure iur. Ias. in rep. l. admonendi, num. 231. eod. tit.

* De hac materia latè Mascard. concl. 1033 præsertim n. 5. & vide Io. Bapt. Ferret. cons. 196.

Licèt Decius in d. cons. 133. col. 2. videatur contrarium tenere.

Alias decis. ad hunc tit. spectan. habes decis. 1. sup. de ferijs, decis. 1. sup. de confess. decis. 1. sup. de renunc. decis. 6. sup. de rescrip. dec. 5. infra de fid. instr.

DE TESTIBVS.

EPITOME.

Testibus etiam non instrumentarijs, & Notario, concordibus cum instrumento, statur, etiam si testes instrumentarij contradicant.

SVMMARIVM.

1 *Testi, cui laus, vel vituperium, ex facto super quo deponit, euenire potest, non creditur.*

2 *Iudici super ab eo gestis, si laudem, vel vituperium inde habere potest, non creditur.*

3 *Mercenario testi non creditur. Proxeneta testi non creditur.*

4 *Falsarij reputantur, qui super testamento falso auctoritatē interponunt.*

DECISIO I. aliàs 191.

TEstes duo instrumentarij si contradicant instrumento, & Notarius, & duo alij testes non instrumentarij concordent cum instrumento, ipsi instrumento statur, ad not. per Felyn. in c. cum Ioannes, col. pen. vers. limita secundo, de fid. instr. secundùm Dominos in vna Colonien. hæreditatis, siue testamenti, coram D. Piccolomineo, Et quia tales adiuuantes instrumentum erant quidam Scribani, quorum officiũ erat sigillare testamentum, & sic authenticare, & quibus etiam salarium ob eorum laborem debebatur, ✝ videbatur eis fidem non adhibendam, cùm videretur agi de eorum laude, & vituperio, ad cons. Corn. 89. col. pen. vol. 1. sicut in iudice* ✝ ad c. statutum, 2. q. 6. & Bart. in l. ne in arbitris, C. de arbitr. Abb. in c. 1. Vt eccles. benef. cum simil. ac etiam propter mercedem, ✝ sicut in proxeneta * dicimus, ad §. quoniam, in authen. de testibus, per Bart. in l. deferre, ff. de iur. fisci. Et quia etiam agi videbatur de eorum interesse, ne scilicet incurrant pœnam falsi, cùm aliàs falsarij ✝ forent, si super testamento falso auctoritatem interposuissent, ad not. per Doct. & ibi per Dec. in 3. not. in c. tertio loco, de probat. Quibus non obstantibus, Domini fuerunt pro testamento.

* Vide Menoch. de arbit. iud. casu 105 Mascar. de probatio. concl. 519. Boss. in tit. de fals. num. 37.

* Cãpeg. de testib. regu. 59. & 66.

* Cãpeg. de testib. reg. 85 Crot. eo. tt. par. 4. n. 83.

EPI-

EPITOME.

Testes ad probandum assassinium, etiam si ciuiliter tantùm agatur ad priuationem beneficij, non citata parte recepti, non probant.

SVMMARIVM.

1 *Testes parte non citata recepti, An probent in crimine assassinij, & num. 6.*
2 *Assassinij in crimine probabilibus argumentis, non probationibus agitur.*
3 *Defensionem naturalem tollit, qui priuat non citatum.*
4 *Citatio partis requiritur etiam quando proceditur ex indicijs.*
5 *Præsumptio qualibet per duos testes probari debet.*
7 *Cap. 1. de homicid. in 6. intellectus.*

DECISIO II. aliâs 18. lib. 2.

1 TEstes ad probandum assassinium, quando † agitur ad priuationem beneficiorum, licèt videantur posse recipi, & fidem facere parte non
2 citata; * cùm in tali materia probabilibus † argumentis, & non probationibus procedatur, ad c. 1. de homicid. in 6. & ibi per illum tex. hoc notant Hostien. Lap. Gemin. & Franc. & Abb. refert in c. cum non ab homine, col. pen. vers. & in quantum dubitaretur, de Iudic. & Felyn. in c. quoniam frequenter, vers. similiter dicit Pet. de Anchar. vt lite non contest. Tamen Domini in vna Lucen. Cantoriæ coram D. Neocastrens. (quia
3 durum videbatur, quem ex probationibus † ipso non vocato factis priuari, quia ferè esset ei naturalem defensionem tollere, vt per Felyn. in c. inter quatuor, de maior. & obed. Socin. cons. 12. col. 1. vers. quò ad primam, ibi citatio enim, & cons. 266. col. 16. vers. sed tamen præmissis non obstantibus,) tenuerunt citationem fore necessariam. vt, Aut notata in d. c. 1.
4 dicamus procedere, quòd, ex quo ex inditijs procedatur, partis † citationē non requiri, vt per Lap. & Host. & c. & illud non sit verum, & reprehendatur per Aret. in c. 2. vers. fallit, de testibus. & Felyn. ibidem col. 4. vers.
5 quinto limita. cùm verior sit conclusio, quòd quælibet præsumptio † per duos testes, & legitimè probari debeat, * ad not. per Bart. & alios in l. vlt.
6 C. fam. hercisc. & testis parte † non citata receptus, etiam indicium non faciat, ad not. per Abb. in d. c. 2. & Felyn. ibidem col. 2. vers. collige se-
7 cundo ex isto textu, de testib. Aut dicamus procedere notata in d. c. 1. † propter periculum, vt per Gemin. & Franc. ibi, & siue consideremus periculum propter potentiam personarum, vt in c. statutum, de hæret. in 6. & in causa superiori, (de qua agebatur) cessabat: siue periculum fugæ, de quo per Abb. in d. c. cum non ab homine, supra allegato, col. 2. & cùm ageretur ciuiliter ad priuationem beneficiorum, cessare videbatur timor fugæ, & periculum moræ, de quo per Felyn. in d. c. quoniam frequenter, & in c. 2. col. 2. de sponsalib.

*Vide Gabr. lib. 7 cõcl. 1. n. 20. Monticell. in pr. crimin. reg. 8. n. 25. Gramm. cons. cr. 40. nu. 8. Socin. reg 406. fallen. 9.

*De quo per Clar. i prac. crim. q. 22.

EPI-

EPITOME.

Inimicitia capitalis, dummodo non sit procurata, repellit quomodolibet testem, in quacunque materia.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis repellit testem in quacunque materia, etiam si de ea non constet, sed de causa odij, num. 2.*
3 *Inimicitia procurata, ad effectum tollendi examen, non repellit testem, declara num. 6. & 7.*
4 *Testis dicens eum, contra quem examinatur, sibi minatũ fuisse, ne deponat, quamuis de hoc aliunde non constet, repellitur ac si odij causa vera esset.*
5 *Testem suspectum faciunt, vel causa odij si subsit, vel si testis putet subesse.*

DECISIO III. aliàs 25. lib. 2.

* Vide Menoch. de arb. iud. q. 28. Mascard. de probat. cócl. 889

1 INimicitia capitalis, quæ repellit † in quacunque materia testem ad c. per tuas, el primo, de symon. cum ibi not. per Doct. etiam si de odio
2 & inimicitia aliàs non constaret, si tamen de causa † odij, vel inimicitiæ constet, ad not. per Innoc. in c. cum I. & A. de re iud. & Felyn. in c. cum oporteat, col. 8. vers. item vide Innoc. de accusatio. & licèt hoc non procederet,
3 deret, † quando fuisset procurata ad effectum tollendi examen, & dictum testis, vt per Alex. in l. 3. in addit. ad Bart. de testib. & cons. 99. col. 1. vers. & posito, vol. 1. & cons. 253. vol. 6. Felyn. in c. intelleximus, col. fin. vers. vndecima declaratio de Iudicijs. per Decium post Host. & Io. And. in c. vt debitus, col. 7. de appell. & Modern. Bononien. Marsil. in l. 1. §. cum quis latrones, nu. 5. & seqq. de quæst. post Bald. in authen. si dicatur, col. 2. nu. 5. C. de
4 testib. Si tñ testis † in examine dicat illum, contra quem deponit, voluisse cum veneno, vel aliter eum occidere, & ad effectum ne ipse veritatem rei propalaret, nec aliter quàm per eius dictum de tali causa odij, & inimicitiæ constet, Domini in vna Lucensi Cantoriæ coram D. Neocastrensi, in qua agebatur etiam de materia assassinij, fuerunt in voto, quòd euacuaret dictum testis, perinde ac si vera fuisset causa odij, vel inimicitiæ: cùm
5 quò ad ipsum testem paria sint † (ad suspicandum illum rancore inimicitiæ, & non pro veritate deposuisse) quod subsit causa odij, vel quòd ipse credat subesse. Facit aliquantulum quod dicitur per Alex. d. cons. 99. & 14.
6 col. 2. vol. 3. Nec procuratio † partis narrata per testem operatur ad eius dictum validandum, cùm de tali procuratione aliter non constet, nec ar-
7 bitrium iudicis, † quod in hoc satis versatur, (ad notata per supradictos Doct. vbi supra,) poterit per procurationẽ inimicitiæ, & sic per fraudem, & dolum, de quo non constet, contra aliquem, dictum testis approbare.

EPITOME.

Testes nulliter examinati, de consensu partium, & ex æquitate, ne partes grauentur superfluis expensis ad iterum examinandum, probant.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testium iuramenti receptio est actus iurisdictionalis, & An per subdelegatum alteri possit committi de consensu partium.*
2 *Examen commissum in partibus quando dicatur nullum.*
3 *Arbitrio Iudicis negocio commisso, videtur data facultas remittendi rigorem, & seruandi aequitatem.*
4 *Papa An possit facere, quòd testibus sine iuramento credatur.*
5 *Iuramentum testis, de partium consensu, potest remitti in totum, & fides ei adhibetur.*

DECISIO IV. aliàs 35. lib. 2.

TEstium iuramentorum receptio, cùm sit actus iurisdictionalis, licèt
1 non videatur per subdelegatum alteri committi posse, ✝ etiã de partium consensu, ad not. per Abb. in c. cum Bertholdus, de re iud. Ægid. de-
2 cis. 81. & ideo nullum videatur debere dici examen ✝ factum in partibus vigore remissoriae, si iuramentum est commissum Notario per Iudicẽ remissoriae, etiam de consensu partium, & in manibus eiusdem Notarij praestitum, ad decis. 8. de off. deleg. in nou. & meliùs per Gemin. cons. 76. in fin. Quia tamen in vna Burgen. concordiae, coram D. Ioanne Clerici, per par-
3 tem cognoscentem hunc defectum, fuerat obtenta commissio ✝ sanans illum arbitrio Auditoris, ex quo videbatur data facultas dimittendi rigorem, & aequitatem seruandi, ad not. per Bart. in l. 1. vers. ad istã lecturam,
4 C. de legibus, (licèt aliàs non videatur Papam ✝ hoc facere posse, quòd testibus sine iuramento credatur, ad not. per Felyn. in c. constitutus, col. 8.
5 vers. & pro hac limitatione, de rescript.) Domini fuerunt, quòd, stante ✝ partium consensu, qui in totum iuramentum testis remittere potest,* ad c. tuis, de test. & Ias. in l. 1. col. 2. de fer. ex aequitate, ne vlteriùs pars grauetur superfluis expensis ad iterum examinandũ testes, & expediendam aliam remissoriam, dictis testium taliter, vt supra, examinatorum, fides adhiberetur, pro quo benè facit, quod dicit Ias. in repet. l. admonendi, col. 78. ante num. 214. vers. sed hoc vltimum non est verum, de iureiur. & vide Felyn. in c. cum causam, col. pen. de testibus.

* Dummodo consensus sit express*, nec n. tacitus sufficit. Fel. in c. tuis, hic alle. n. 2. vbi decõ muni in vers. sed hic vltra Doct. de quo & Campeg. de test. cõcl. 167.

Aliam decis. ad bunc tit. facien. habes decis. 1. infra de iureiur.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

EPITOME.

Compulsata iura inter duos faciunt fidem contra tertium, nisi probetur collusio. 1

DECISIO I. aliàs 45.

IVra extracta vigore compulsorialium decretarum inter duos, faciunt fidem etiam contra tertium venientem ad causam, licèt etiam sit reus
1 necessarius, vtpotè vocatus vigore clausulae, [& omnes sua interesse putantes,

tantes,] Dummodo non probetur collusio inter illos primos, vt Domini mihi dixerunt in causa coram me pendente, quæ erat Barchinonen. Beneficij S. Christophori.

EPITOME.

Sumptum ex regesto supplicationum, & bullarum, in iudicio fidem facit.

SVMMARIVM.

1 *Sumptum ex regesto bullarum facit fidem.*

DECISIO II. aliàs 50.

*De materia vide Mascar. concl. 711. Caputaq. decis. 233. & seq. lib. 3.

Nota quòd decis. nostra in antiquis 680. al. 10. de fid. instr. quæ vult, quòd sumptum ex regesto supplicationum * S. D. N. Papæ non faciat fidem in iudicio, non est in vsu, quia imò plenam facit fidem, sicut & sumptum ✝ ex regesto Bullarum. *

1

* Vt inquit decis. 28. de probat. in antiq. & dicta decis. 10. hic alleg. & cum hac decis. concordat Belencius de charit. subsid. q. 113 in fi.

EPITOME.

Notario dante duos contractus diuersos eiusdem facti, retardatur executio, & mittitur pro prothocollo, vel pro persona Notarij.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ videtur reddere contractum suspectum de falso, & retardare executionem, non habet locum, quando requirit altiorem indaginem.*
2 *Executio retardatur, si duo instrumenta diuersa eiusdē Notarij producūtur.*
3 *Instrumentum non dicitur nisi perfectum, nec nisi perfectum debet à Notario dari.*

DECISIO III. aliàs 103.

Notarius dedit instrumentum translationis pensionis, dicens, quòd interrogatus transferens, an transferre voluerit, respōdit quòd sic, cuius vigore pensionarius petebat hìc in Curia coram D. Camillo in vna Hispalen. aduersarium ob eius non solutionem declarari &c. non obstante, quòd aduersarius opponeret, quòd imò ille noluit transferre, quia statim quòd dixit sic, transferens interrogatus an voluerit, quòd contractus stipuletur, respondit, quòd non, prout de hoc idem Notarius dederat instrumentum, (licèt hic in Curia existens, ad instantiam soluere debentis,
1 coactus per Vicarium Papæ.) Quia licèt exceptio ✝ ista videatur primum contractum, in quo attestatur, quòd dixerat (quòd sic) reddere suspectum de falso, & sic debeat eius executio impediri, ad l. vlt. C. de fid. instrum. Tamen hoc locum non habet, quando exceptio requirit altiorem indaginem, tunc enim videtur opponi ratione differendi solutionem, ad not. per Doct. in l. satis apertè, C. de fals. vt videtur esse in casu nostro, cum

ad

2 ad verificandum, quis contractus esset verior, † vel An Notarius verum diceret, necesse erat mittere pro prothocollo, vel persona Notarij in Hispanijs. Et propter istam rationem, quæ fuit vnius ex Dominis, aliqui fuerunt pro pensionario. Maior tamen pars in contrariũ fuit, attento, quòd cùm sit vnus, & idem Notarius, qui dederat vtrunque instrumentum, negari non poterat, quin Notarius non sit fidelis, adeo quod instrumentis suis non sit danda fides, ex quo, si secundum instrumentum fuit verũ, malè fecit dare particulam illius, scilicet. quando dicit (quòd sic) absque alia sequenti, quando dixit, (quòd non,) quia non dicitur instrumentum
3 † nisi quando est perfectum, ad vulga. Vnde quinque ex Dominis fuerũt, quod retardata executione, * mitteretur pro prothocollo, attento quòd eis non videbatur, exceptionem prædictam, causa dilatandæ solutionis esse propositam, Ideoq. debere admitti, cùm Notarius non sit persona side dignissima, ad glo. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edend. Bald. iuncta glo. in d. l. satis apertè, in fine.

* Quibus casibus hęc clausula detur. Gig. de pension. q 85.

EPITOME.

Notario attestanti se citasse cum copia, quia citatus abstulit sibi originale, creditur, citato tacente.

SVMMARIVM.

1 *Notario sine testibus non creditur.*
2 *Originalis citatio debet intimari, & non copia.*

DECISIO IV. aliàs 104.

Notarius attestabatur in vna Treueren. Canonicatus, & præbendæ, ac sacristiæ, coram D. Io. Clerici, quòd volens exequi citationem, citandus malitiosè eum vocauit in porticu, vbi nullis existentibus testibus, originalem citationem à suis manibus euulsit: Et licèt Vicarius Episcopi fidem faceret, de hoc pluriès Notarium conquestum, tamen cùm
1 Notario † sine testibus non credatur. *Anton. de Butr. in c. cum parati, col. fin. vers. an autem crederetur, & ibi Abb. n. 12. de appell. fuerũt omnes pro non deuolutione. Vnde volens actor meliùs probare, produxit aliam executionem eiusdem Notarij, qui illum citauerat iterum personaliter cum copia illius citationis per eum debitè priùs collationata, quã etiam ei dimisit, qui eius petijt originale, cui dicebat Notarius respondisse, se illud non habere, ex quo ipse priùs ab eo abstulerat, Et per hæc, iunctis
2 prædictis, licèt debeat originalis citatio, † & non eius copia intimari, Maior pars Dominorum fuit pro deuolutione, maximè, quia testibus pręsentibus, Notarius illi dixerat in faciem eo tacente, & non contradicente, quòd originale sibi fuerat ab eodem ablatum.

* Put. dec. 5. lib. 3.

EPITOME.

Consensus patroni præstario probatur, si executor dicat sibi litteras præsentatas, Patronos cõsensisse, & ipsum prouidisse. Et Notarius dicat se pręmissis omnibus interfuisse.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Executor gratia Apostolica dicitur iudex.*
2 *Executori non creditur.*
3 *Consensus praestitus an probetur per assertionem executoris.*
4 *Executor non dicitur, quò ad exercitium, ante praesentationem litterarum.*
5 *Consensus praesentationi praestari non potest, nisi post praesentationem.*

DECISIO V. aliàs 26.

1 EXecutor gratiæ Apostolicæ,(qui dicitur † iudex,ad decis.370.in nou.
2 quæ est 30. de rescript. & sic eius assertioni † nō creditur,c.quoniam contra, de probat.) asserebat coram se tali tempore litteras præsentatas, & patronos præstitisse consensum in eius manibus, & prouidisse. Postea in fine Notarius dicebat, quòd supradictæ præsentationi litterarum, & omnibus alijs, & singulis supradictis, dum sic, vt præmittitur, agerentur,
3 præsens fuit, & rogatus &c. Dubitabatur, An per hoc probaretur † consensus præstitus, ex quo de eo Notarius præcisè, & expressè non dicebat, ad notata per Felyn. in d.c.quoniam contra, col.24. vers.& intellige sanè,
4 n.37. Tamen, quia executor non dicitur, † quò ad exercitium,ante præsentationem litterarum, ad decis.459.al.vlt.de concess.præben.in nou. & Notarius dicit se præsentē fuisse præsentationi prædictæ,& omnibus alijs, ergo de necessitate fuerat præsens etiam præstationi consensus, qui præ-
5 stari † non poterat nisi post præsentationē, arg.l.oratio, ff. de spōsalibus.

Alias decis.ad hunc tit.spectan.habes; sup.decis.2.de rescrip.decis.1.de restit. spoliat.decis.1.& 10. de probat.decis.1.de testibus, decis.5. de fide instrum. & decis.1. tit. seq.

DE PRAESVMPTIONIBVS.

EPITOME.

Prothonotariatus bulla expedita pro absente probat Prothonotariatum.

SVMMARIVM.

1 *Impensa in actu facit praesumi mandatum, & ratihabitionem.*

DECISIO I. aliàs 15.

BVlla Prothonotariatus, etiam Motu proprio,& in personam absentis, licèt non constet, quòd ille ratum habuerit,non obstante c.si tibi ab-
1 senti, de præbend.in 6.probat Prothonotariatum, † propter impensam,* ad not.per Doct.in l.cum seruus,ff.de verb.oblig.& Felyn.in c. sicut, n.35. de re iud. & ita hoc anno iudicatū fuit in vna Cæsaraugustana Cantoriæ.

*Facit decis. 2. de caus poss.& prop. in antiq.Mascar.de prob. concl. 1006. num.39.

EPITOME.

Bullis duabus, sub eadem data expeditis, illa prior præsumitur, in qua habetur verus valor pro expresso.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Alleganti actus inualiditatem, incumbit onus probandi.*
2 *Gratia ad validitatem, ea bulla prior expedita praesumitur, in qua verus valor habetur pro expresso.*

DECISIO II. aliàs 20.

IN vna Placentina, de qua in decisione octaua supra de rescript. quia vtraque bulla reperiebatur sub eadem data, adeò quòd ad inualiditatem gratiae, quae habebat valorem prò expresso, necessarium erat fateri aliam bullam, vbi erat expressio ad 600. fuisse priùs expeditam, Conclu-
1 sum fuit, quòd ✝ alleganti hoc, incumberet onus probandi. Et quòd in
2 dubio, vt actus valeat, praesumeretur ✝ litteras, vbi valor habebatur pro expresso, priùs expeditas fuisse, arg. not. in l. quoties, de verb. oblig.* bene faciunt, quae, notantur in decis. 12. supra de rescrip. in fi. cum similib.

*Vbi multa Ias. cumulat. & Dec. in l. i cõtrahẽda. de reg. iur. Alcia. reg. 3. praesump. 34

Decis. 3. aliàs 242. fuit hic omissa, quia duplicatur infra sub suo tit. de censib.

EPITOME.

Collatio Papae facta ei, qui eadem die in partibus hora secunda noctis factus fuerat clericus, valet.

SVMMARIVM.

1 *Actus, vt valeat, clericatus praesumitur praecessisse collationẽ eadẽ die factam.*
2 *Collatio facta laico est nulla.*
3 *Acceptatio facta in partibus cũ certa hora praefertur facta in Curia eadẽ die.*
4 *Horae appositio facit anterioritatem praesumi.*

DECISIO IV. aliàs 169.

COllatio Papae facta eadem die ei, qui in partibus hora 2. noctis factus fuerat clericus: in vna Parmen. coram D. Piccolomineo fuit dubitatum, An esset inualida, tanquam facta inhabili & laico, An verò praesu-
1 meretur ✝ collationem subsecutam clericatum, quod vltimũ fuit tentum, & propter actus validitatem,* ad not. per Ias. in l. qui fideicommiss. C. de fideicomm. & per dicta supra decis. 8. de rescrip. per Felyn. in c. pastoralis, in 3. col. de rescrip. & propter horã certam* clericatus, ad not. per Socin. in l. 2. sol. matr. licèt idem in cons. 161. videatur velle regulam illam non procedere in prouisionibus factis in Curia, in quibus hora non est solita apponi, quod tamen per Dominos non fuit receptum, & ideo, hoc non obstante, in vna alia Gerunden. Canonicatus coram D. Io. Clerici tenuerũt Domini, Castellanum Vrbis, propter acceptationem factam in partibus
2 cum certa ✝ hora, fore praeferendum vni familiari Reuerendissimi Cardinalis de Medicis, qui eadem die in Curia acceptauerat, licèt in caeteris in eorum mandatis de prouidendo essent pares. Et ita ex eadem ratione, Ego pronuntiaui in vna Vrbinaten. Canonicatus, & praebendae, Vbi acceptatio

*Facit dec 6. inf. eo. tit.

*Ideo ĩ concursũ possessionis eodem die captae ꝑfertur habẽs horã in sua prouisione, etiã si alius cõcurrẽs sit prouisus à Papa. Cassa. d. 20. de praebẽ. Dec. cõcl.

169 n.6. Marsil. sing. 319. & de hac materia vide Afflic.d 87. Menoch de arb.

ptatio in partibus facta cum certa hora concurrebat cum prouisione Papæ in Curia, [Et quod isto casu etiam si acceptatio horam non haberet, præferri deberet prouisioni Papæ, si non probetur illam præcessisse, adde notata per Felyn. latè in c. capitulum Sanctæ Crucis, n.16. de rescript.]

iud.casu.48.Crescen d.16.inf.de præben.Felyn.in c. pastoralis,n.5.de rescrip. Et de testamento habẽte horam.Put d.321.li.1 Gul.bened.in rep.c.Raynutius ver.testam.2.n 27 Menoc de adip.poss. remed.4.n.793. & de signatura per concessũ habente horã quòd præfertur per fiat nõ habenti. Mandos.super reg.33.q.4.

E P I T O M E.

Dominus non præsumitur scire gesta à procuratore, ne incurrat in pœnã, l.si quis maior.

*Regula nãq. est ignorãtiã præsumi, l. verius de probat.Gab. concl. 5. de reg iur.

*Facit Caputaq.dec 165. li.3. Masc.d. prob. concl. 1006.n 40.

D E C I S I O V. aliàs 193.

Scientiam * gestorum per procuratorem, non præsumitur habere Dominus quò ad hoc, vt, si Dominus contrafecerit, incidat in pœnam * l. si quis maior, C. de transact. secundùm Dominos in vna Rauennat. coram me, per decis.20. de dol. & contum. in antiq. facit quod dicit Ias. in l.2.col.3. vers. adde etiam C. de iur. emphyt. [sed in contrarium videtur cons.Rom.481. in fine, quod vide .]

E P I T O M E.

Erectio ecclesiæ collegiatæ præsumitur præcessisse suppressionem, & vnionem beneficiorum ei factam.

S V M M A R I V M.

1 *Præcessisse id præsumitur, quod prius fieri debet, & quod validat actum.*

D E C I S I O VI. aliàs 138.

SI mandauerit Papa Episcopo erigi ecclesiam collegiatam, & illi erectæ duo beneficia vniri, & illa supprimi, & reperiatur suppressio, & vnio facta certo tempore, & ecclesia collegiata, nesciatur tamen tempus erectionis, & dubitetur de validitate suppressionis, & vnionis, ex quo debebat priùs erigi ecclesia in collegiatam, de quo non constabat. Domini in vna Malacitana * coram D. Io. Clerici fuerunt, quòd licèt ratione certi temporis suppressionis, & vnionis, illa deberet præsumi antecessisse, ad not. per Socin.in l.1.in 2.col.vers.tertio limita,ff.sol.matr.tamen ad vali-
1 ditatem actus ✝ præsumatur erectionem præcessisse, ad not.per Bald.in l. cum ex testamento de hæred.instit.* facit l. & qui duas, de ser. vrb.præd. & ibi glos. & l.illud, de acquir. hæred. & l.filius, de test. milit. & in simil. decis.13.supra de rescrip. Felyn.in c.pastoralis, in 3.col. vers. ad identitatem, de rescript. & decis. 2. de excep. in nouis.

* In ead.causa vide d. 1. infra de paroch.

*Dec.l.in cõtrahenda. n. 8.de reg.iur. facit d.4. supra eo.tit.

Aliam decis. ad hunc titulum facien. habes tit.seq. decis. 2.

DE

DE IVREIVRANDO.

EPITOME.

Notarius non poteſt recipere iuramentum teſtium, etiam affuturorum, niſi de commiſſione Iudicis.

DECISIO I. aliàs 81.

ADuerte, quia ſi Auditor eſt extra Ciuitatem, quòd Notarius * non recipiat iuramentum teſtium, etiam affuturorum, niſi de commiſſione alterius Auditoris ſubrogati, aliàs nulliter facit, quia ſine iuriſdictione, vt in vna Britonorienſi Parochialis coram me.

*Debet.n.teſtiũ iuramẽtum à Iudice recipi, & illi ab eo examinari. pôt tñ ex cauſa alij committere. Vide Lanfranc. in c. quoniam contra, n.19. de prob. Notarius autem, niſi Iudex committat, (quod facere poteſt,) nulliter iuramenta, & depoſitiones recipit, etiam de partium conſenſu. Marſil. in pract. crim. § quoniam num.70. vbi Bald. & alios allegat.

EPITOME.

Iuramentum de rebus Eccleſiæ non alienan. præſumitur præſtitum ab Epiſcopo, quamuis de eo non conſtet.

SVMMARIVM.

1 *Solita fieri, facta præſumuntur.*
2 *Iuramentum non præſumi, niſi probetur, quomodo procedat.*
3 *Iuramentum de non alienando præſtatur in manibus Officialium, vel Decani Diaconorum Cardinalium, & de eo non conficitur ſcriptura.*

DECISIO II. aliàs 149.

IVramentum, * quod communiter præſtari ſolet per Epiſcopos, de non alienando inconſulto Romano Pontifice, vt eſt ſtylus Romanæ Curiæ, & conſuetudo, vt atteſtantur Doctores in pluribus locis, vt Io. Andr. & Abb. in c. ego N. de iure iur. & glo. & Doct. in c. vt ſuper, de rebus eccl. non alien. in c. vlt. de eccl. ædific. & in c. 2. de feud. cum ſimil. ex quo eſt con-
1 ſuetum † præſtari, præſumitur præſtitum, * arg. not. per Bald. in l. errore, C. de teſtam. quod licèt non deberet habere locum in iuramento, vt pro eo
2 non præſumatur, † non obſtante conſuetudine iurandi, niſi probetur effectualiter præſtitum, ad not. per Doct. in c. pen. de iur. iur. in l. Gallus, §. idem credendum, & ibi per Soc. de lib. & poſth. & per eundem Socin. conſ. 85. n. 5. lib. 1 latè per Iaſ. in l. admonẽdi, in 2. lect. n. 199. de iureiur. & Abb. in c. clericus, eo. tit. & c. tuis, in fi. de teſtib. Et hoc ſatis mouerit quatuor ex Dominis; Tamen quinque fuerunt in contrarium, vt prædicta poſſint procedere in iuramento voluntario, ſecus in caſu noſtro, tanquam quòd ſit neceſſarium, & ex mandato Papæ. arg. not. per Card. conſ. 137. col. 3. verſ. ſed iuramentum. Et ita videtur tenere Signor. in ſuo conſ. 71. col. 3. verſ. venio ad ſecundum, & quia, ſi pro eo non præſumeretur, nunquam, aut rarò probaretur, cùm de eo non conficiatur ſcriptura, nec Notarius rogetur,
3 ſed ſolo verbo † in manibus Officialium, vel Decani Diaconorum Cardinalium præſtetur.

* Vide Redoan. de reb. eccl. nõ aliẽ. q. 55. per totam.

* Quia factũ præſumitur, quod fieri ſolitum eſt, de quo Menoc. li. 2. præſũpt. 81. n. 4. & 6.

E P I T O M E.

Alienatio, vtilis Ecclesiæ facta à Prælato, qui curauit non alienare, valet, quamuis ipse sit periurus.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans non alienare Pontifice inconsulto, non potest alienare, etiam in casu aliàs permisso.*

2 *Alienatio facta in casu aliàs permisso, An valeat, stante iuramento de non alienando.*

3 *Iuramento quando ius non resistit, actus contra ipsum factus valet, sed agens est periurus.*

4 *Paulina non est recepta in Scotia.*

D E C I S I O III. aliàs 150.

1 PRælatus iurans * vt supra, non alienare, † Romano Pontifice inconsulto, licèt intelligatur iurasse etiam in casu aliàs permisso à iure, secundùm comm. opin. Doct. in c. fin. de eccl. ædif. & in c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit. adeò vt plerique Doct. loquantur per verbum impeditiuum potestatis, & in casu licito, vt (non potest,) (non valet,) (impeditur,) vt Lap. alleg. 30. Bald. in cōs. 374. factum, in fi. lib. 3. Angel. cons. 133. in fi. Bald. in authen. hoc ius porrectum, C. de sac. sanct. eccl. & Innoc. Io. Andr. & Butr. in d. c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. & infiniti alij: adeò, vt per ista videatur dicendum, quòd
2 alienatio † sequuta cōtra iuramentum in casu permisso, esset nulla & non valeret, vt videtur velle Signor. in cons. 71. & Laur. de Rod. in repet. d. c. fine, 12. q. 2. in quæst. 41. Et hæc satis mouerunt quatuor ex Dominis. Tamen alij quinque in causa sancti Andreæ locationis, coram D. Piccolomineo, fuerunt pro validitate alienationis, non obstante periurio, ex regu-
3 la, quòd quoniam iuramentum † est præstitū in casu, quo ius non resistit, imò assistit, .s. in casu vtilitatis, necessitatis, &c. actus contra iuramentum factus valet, licèt cōtrafaciens sit periurus, vt per Doct. in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. est casus in c. licèt mulieres, de iureiur. in 6. & in c. cū cōtingāt, eo. tit. & Corn. cons. 372. in 3. vol. & in casu nostro in specie tenet Abb. in c. intellecto, de iureiur. & Henr. Boich. in c. vt super, & ibi Card. in §. possessiones, de reb. eccl. non alien. Philip. Franc. in c. licèt, de iur. iur. in 6. & videtur sequi Ias. in d. §. ea lege, de mente Lapi in d. alleg. 30. dum dicit etiā in casu vtilitatis non potest alienare absque pœna periurij, quasi periuriū, non autem actus inualiditatem consideret. Et hæc opinio videtur cōmunis, & maximè iunctis illis Doctoribus, qui tenent tale iuramentū ad casum aliàs de iure permissum non extendi, de quibus in locis supra alle-
4 gatis. Et hoc quia in † illis partibus Paulina * nō est recepta: Quia aliàs iuramentum haberet resistentiam iuris, & actus contra factus foret inualidus, vt per Doct. vbi supra.

E P I-

* Vide Redoan. in q. 55 alleg. in preced decis. & Seraphin. Sener. in tract. de priuileg. iuramen. priuil. 52.

* ēt ideo probari eius vsū, & receptionē debere. dicit Mohed. d. 1. de const & d. 8. de locato, & cōd. & ob id valet trāsactio super alienatione cōtra eius formā facta. vt apud eundē Mohe. d. 1. de transac. & d. dec. 8. de locat. In Hispania tñ admissā inquit Couar. var. resol. e. 16. n. 6. l. 1. & Hipporegij receptā. Io. Paul. dec. 139. & Patauij; Alex. de Neuo cons. 30. & in Monteserrato Beccius cons. 91. & de ea Beninten. dec. 13. Redoan. de reb. eccl. non alie. q. 58. n. 25. Marzar. cons. 15.

EPITOME.

Iuramentũ non defertur parti super exceptionibus quę non cõpetunt contra instrumentũ.

DECISIO IV. aliàs 66. lib. 2.

IVramentum non defertur parti super exceptionibus contra instrumentum, puta in forma Cameræ, non competentibus, secundùm Dominos in vna Roman. Mutui, coram D. Marco Antonio, ad l. in contractibus, §. illo, C. de numer. pecu. & Bart. per illũ text. in l. manifestæ, col. 2. de iur. iur. vbi per Iaſ. col. 4. in fi. & in l. fin. 3. col. de ferijs. & Cremen. singul. 157. cõtra præsumptionem.

EPITOME.

Iuramentum in litem non datur contra curatorẽ hæreditatis iacentis, sed datur iuramentum in supplementum, probato tempore, & valore fructuum rerum administratarum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem datur contra tutorem ob non confectum inuentarium, & An, & quando contra eius haredem. num. 2.*
3 *Iuramentum in supplementum datur semiplenè probanti.*

DECISIO V. aliàs 188.

1 IVramentum in litem † quod datur contra tutorem * ob non factũ inuentarium, ad l. tutor qui repertorium, de administ. tut. licèt non detur
2 contra † hæredem tutoris lite non contestata contra tutorem, ad l. pen. & fin. C. de in lit. iur. tamen in vna Roman. administrationis coram D. Piccolomineo, fuit dubitatũ, An deferri possit contra curatorem hæreditatis iacentis, ex quo tunc videtur procedit sicut contra defunctum, nec alteri personæ sit præiudicium, sicut hæredi, quod tamen non fuit firmatum, sed ex quo per testes, licèt non plenè, semiplenè tamen probabatur tempus, &
3 valor fructuum rerum administratarum, daretur † iuramentum in supplementum, attento, quòd in similibus ex indicijs, & sic semiplenis probationibus proceditur, ad d. l. fin. ver. ex indicijs. *

* De quo latè Fanuc de in lit. iur. fol. 62 nu. 28. & seq. Ploc. in eo. tract. §. 5. nu 233. cum multis seqq.

* Ploc. in l. si qñ §. 4. in 8. ampl. C. vnde vi.

DE EXCEPTIONIBVS.

EPITOME.

Possessori producenti supplicationem, vbi continetur ius tertij, obstat regula de non iudicando, &c.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio sola tribuit ius.*
2 *Supplicatio operatur, quòd iudex non potest canonizare gratiam alterius, qui nullum habet ius.*
3 *Regula de non iudicando &c. emanauit vt littera expediantur, & annata soluatur.*

4 *Possessori licet dare de iure tertij, quod apparet per supplicationem.*
5 *Ius implicitum dicitur ante expeditionem litterarum.*

DECISIO I. aliàs 70.

POssessori danti de iure tertij per supplicationem, si actor det de regula,* quòd non iudicetur iuxtà formam supplicationis, sed litterarum Apostolicarum, offuscat illud ius, ita vt non sit clarum, & ei non noceat, secundùm maiorem partem Dominorum in vna sancti Andreæ coram D. Nicolao, pro qua facit decis. Ægid. 609. licèt ego fuerim in voto contra-
1 rio, nam sola supplicatio † tribuit ius,* ad cons. Gemin. 106. col. 3. & fa-
2 cit operari, quòd non possit iudex † canonizare gratiam alterius, qui nullum ius habet, ex quo erat penes illum, in cuius fauorem erat supplicatio.
3 Vnde licèt datum esset de dicta regula, tamen regula † emanauit, vt litteræ expediantur,* & annata soluatur, aliàs Camera defraudaretur: quia quis sola supplicatione contentus, litteras nunquam expediret. Sed cùm
4 possessori † sit licitum dare de iure tertij, quod ius apparet per supplicationem, non videtur honestum, quòd ipse grauetur litteras non pro se, sed pro tertio expedire, & pro illo ad hunc effectum tantùm annatam soluere. Pro Dominis tamen facit cons. Socin. 41. in 2. col. vers. præterea, vol. 3. quòd
5 ante expeditionem † dicatur ius implicitum,* & sic non clarum, pro quo etiam Felyn. in c. si citatus, num. 15. de rescrip.

* Vide Mandos. super regul. de nō iudican &c. q. 15. vbi meminit huius decis. & Caput. dec. 301 l. 3.

* Et cōsi matoria priuilegij sufficit, si nō agatur de illius canonizatione. Mohed. decis. 2. de priuileg.

* Vide d. 18. inf. de p̄ben.

* Et gratia dicitur. informis, & imperfecta, d. 20 de concess præben. in nou Ægid. dec. 110. ver. circa secundū. quæ per litterarū expeditionē formatur, politur, & ad suum perfectum esse perducitur, & ex vtero in mundum producitur. Bal. in l. cōtractus. C. de fid instr. cū alleg. per Cæs. de Grass. d. 1. de probat. Mascard de probat. concl. 845.

EPITOME.

Dans regressu tertij, debet probare eum viuere.

SVMMARIVM.

1 *Viuere quis præsumitur vsque ad centum annos.*
2 *Obiectus debet clarè, & præcisè probari.*

DECISIO II. aliàs 145.

POssessor dans de regressu tertij, ad excludendum gratiam aduersarij, debet probare illum esse viuum, si negetur, ex quo hoc est fundamen-
1 tum suæ intentionis, non obstante quòd quis centū * annos † viuere præsumatur, ad not. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadm. testam. aper. secundùm maiorem partem Dominorum in vna Illerden. coram D. Piccolomineo, ad not. per Bart. in l. si quidem, vbi etiam Salyc. & Paul. de Castr. C. sol. matr. & Bald. in c. ex tenore, de testib. & Alex. in l. sed etsi de sua, ff. de acqu. hæred. Socin. in l. si inter virum, in fi. de reb. dub. Corn. cons. 119. vol. 1. & quia
2 obiectus † debet clarè, præcisè, & benè probari,* ad not. per Doct. in c. super his, de accusat.

* De quo vide Gab. cōc. 16. in tit. de p̄sumpt. Mascar. de prob. concl. 1073. Alciat. de p̄sumpt. lib. 1. præsump. 44

* Ægid. dec. 447. Mohed. d. 20. de p̄b.

EPI-

EPITOME.

Resignatione facta tempore vnius Papæ, si moriatur resignans tempore alterius; neutrius regulæ de publicandis est locus.

SVMMARIVM.

1 *Regula de publicandis quid disponat.*
2 *Regula de publicandis duo copulatiuè requirit.*
4 *Regulæ expirant per mortem Papæ.*
5 *Lex, & constitutio respiciunt futura, non præterita.*

DECISIO III. aliàs 146.

1 NOn obstante regula † Adriani, & alia Clementis, quòd si resignationes beneficiorum non publicentur infra sex menses, & resignans postea in possessione decedat, beneficia per obitũ, & non per resignationem vacare censeantur; si resignatio facta fuerit tempore Adriani, & resignãs non obierit, nisi tempore Clementis, absque alia publicatione, resignatio
2 valebit: & non per obitum, sed per resignationem beneficium † vacabit, secundùm ferè omnes DD. in vna Dolen. coram D. Io. Maria, quia ad ef-
3 fectum regulæ † duo copulatiuè requiruntur, *quòd scilicet non fuerit publicata, & quod in possessione resignans decesserit: & cum tẽpore Adriani secundum non euenerit, regula expirauit per eius mortem, & eo tempore quo adhuc resignatarius poterat accipere possessionem, & regulæ
4 adhuc satisfacere. Vnde expirata regula † ad aliquid vltra amplius non tenetur, ad notat. ferè in terminis per Nicol. de Vbald. qui dicit in Rota illud obtinuisse in tract. de success. ab intest. in 2. par. princip. quæst. 5. n. 15. vers. 3. principaliter fallit. Et sic statim tunc resignatario ius acquiritur in beneficio irreuocabiliter, quando verò superuenit regula Clementis, licèt loquatur de resignationibus factis, tamen intelligitur pro tempore,
5 quando erant factæ, cùm lex, & constitutio † futura respiciat, non præterita, ad tex. in c. vlt. de constit. Et cùm reperiat resignationem iam habuisse effectum, & ius in beneficio resignatario quæsitum, & consolidatum, non intelligitur regula de ea loqui, sed de alia non sortita effectum, & itá etiam in alia causa Auenionen. coram D. Ludouico tentum fuit.

* Corn. cõs. 137. n. 7. li. 3.

EPITOME.

Prouisus per obitum habentis regressum, præfertur prouiso per obitum vltimi possessoris, nisi probetur regressarium prædecessisse.

SVMMARIVM.

1 *Regressarium viuere tempore obitus alterius prouisi, debet probari ab allegante. Sed contra num. 7.*
2 *Viuere centum annis nullus præsumitur.*
3 *Fideicommissarius habet fundatam suam intentionem contra grauatum, si sine*

si sine liberis decesserit, nisi grauatus doceat eos superuixisse, quamuis semel habuerit, vide num. 7.

4 *Fideicommissum vt locum habeat, necesse est probare grauatum esse præmortuum, quia in dubio præsumitur fideicommissarium prædecessisse.*

5 *Regressus non habet locum, nisi probetur vltimum possessorem esse mortuum.*

6 *Exceptio debet plenè, & clarè probari.*

8 *Mors eius, qui transfretauit, & per multos annos non fuit visus, probatur per famam.*

9 *Fama sufficit ad probandum ea, quæ sunt difficilis probationis.*

DECISIO IV. aliàs 166.

DE eo, quod supra in decis. 2. hoc tit. dictum est, iterum fuit dubitatum, ex quo possessor non dabat ampliùs de iure tertij, sed de suo, quia produxerat prouisionem per obitum habentis regressum, & ideo videbatur idem dicendum, cùm ad excludendum gratiam, & prouisionem actoris per obitum vltimi possessoris, modernus possessor asserebat nihil vacare per obitum, stante regressu tertij, per cuius obitum ipse impetra-
1 uerat, nam cùm sit fundamentum intentionis suæ, † habentem regressum fore viuum tempore mortis alterius, hoc probare debet, per allegata in d. decis. per l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de excusat. tut. maximè quia dubia videtur opinio glos. in d. §. sed si dubitetur, quòd scilicet quis centum
2 annos † viuere præsumatur,* quia contra eum videtur communis opinio, de qua per Aretin. in l. sed & si de sua, col. 4. vers. vnde adhuc relinquitur, ff. de acqu. hæred. Sicut etiam videmus, quòd si relictum est fideicommissum, sub conditione, si grauatus sine liberis decesserit, licèt semel liberos
3 habuerit, † habet fideicommissarius fundatam suam intentionem,* nisi probetur liberos superuixisse, secundùm Bart. Alex. & alios in l. ex facto, §. pen. ff. ad Trebell & Socin. in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. Imò si nescitur quis primo mortuus sit, grauatus scilicet, An fideicommissa-
4 rius, secundùm Socin. & Doct. vbi supra, fideicommissum † expirat, ita quòd hæres eius nihil ab hærede grauati petere potest, ex quo, ad hoc vt fideicommissum locum habeat, necesse est probare grauatũ præmortuum:
5 Ita & in proposito in regressu, † qui locum habere non potest, nisi probetur vltimum possessorem præmortuum. Præterea cùm actor habeat intentionem fundatam, producendo prouisionem suam per obitum vltimi possessoris, si reus excipiat non vacare per obitũ vltimi possessoris, stante
6 regressu, non offuscatur intentio actoris, ex quo exceptio † debet plenè, & clarè probari, ad not. per Bald. in l. matrem, C. de probat. Alex. & Ias. in l. non solùm, §. sed vt probari, de nou. oper. nunc. Et ita per istas rationes moti fuerunt quatuor ex Dominis. Alij tamen quinque contrarium voluerunt, ex quo reus erat possessor: & secundùm eos, actor plenè non
7 probauerat intentionem suam, quia stante regressu, non † est verum dicere, constare vacasse per obitum, nisi probetur habentem regressum tempore mortis non esse in rerum natura, quod tamen probatum non fuit.

facit

* De quo vide Gabr. & Masc. supra in d 2. alleg.

* Vide Alc. præsumpt. 9. lib. 1.

facit quod dicit Socin. in l. si inter virum, in fi. vers. quarto infertur, ff. de reb. dub. scilicet, quòd in excipiente procedat glo. in d. §. si dubitetur: melius facit quod dicitur de fideicommissario possessore, quòd scilicet alius ab eo petens, tenetur probare liberos superuixisse, ad not. per Imol. Cuman. & Alex. in d. §. pen. incipiente si quis autem, & alios, de quibus per Socin. in d. §. cum in bello, in 2. col. in hoc tamen tenet contrarium ipse ibi per d. §. si quis autem, inducendo, vt ibi latè per eum, quia tamen actor
8 probauit ex publica voce † & fama * habentem regressum fore præmortuum, quia difficile erat de visu illius obitum probare, attento quòd iam longè ante transfretauerat, nec vlterius fuerat visus, quo casu in mari præsumebatur mortuus, ad not. latè per Felyn. in c. quoniam frequenter, §. porrò, in fi. vt lit. non contest. Paul. de Castr. & Alex. in l. sed & si de sua, ff. de acqu. hæred. Bart. in d. §. si dubitetur. Ideò omnes Domini fuerunt pro canonizatione gratiæ actoris per obitū vltimi possessoris, quia in dif-
9 ficultate † probationis mortis, sufficit probare per famam. ad cons. Alex. 25. vol. 4.*

* De quo latè Malc. cōc. 1074.

*Mascard. d. concl. 1074. in princ.

E P I T O M E.

Protestatio non est necessaria impedito facto iudicis, sed sufficit, quòd aliunde constet de diligentijs, & quòd per eum non stetit.

S V M M A R I V M.

1 *Impeditus facto Iudicis non excusatur, nisi protestetur, sed contra num. 2.*
3 *Regula de annali subiectus excusatur constito de diligentijs.*

D E C I S I O V. aliàs *234.

1 IMpeditus facto Iudicis, † licèt videatur non debere excusari, nisi fuerit protestatus, ad l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, de nou. ope. nunc. & l. cum quidam, de appell. ad l. 1. de libell. dimiss. & l. 2. & ibi glo. C. de his qui prop. met. iud. & l. vt perfectius, C. de annal. excep. c. pastoralis, in fi. de offic. ordin. argum. c. placuit, §. is autem cuius, 16. q. 4. & c. fin. de appell. & hoc communiter videntur tenere Doct. vt per Bisignet. decis. 17. de appell. & decis. 785. al. 22. de Iudic. in antiq. de quò & per glos. fin. in c. plerunque, de rescript. in d. c. fin. de appell. in c. 1. in gl. magna in med. in vers. si verò primus, de rescrip. per Angel. de Aret. in l. 2. §. dies, in fi. 3. col. de appel. per gl. in c. cupientes, §. quod si per viginti, in ver. proposita, & ibi per Anchar. Gemin. & Perusin. de elect. lib. 6. per Bald. Alex. & alios, quos refert ibi Ias. in l. properandum, §. sin autem vtraque, C. de iud. per Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, col. 3. vers. item nota, de nou. op. nunc. per eundem in l. qui aliena, §. Celsus, col. 2. vers. ex hac glossa, de acq. hęred. in cons. 69. col. 3. vers. non obstat etiam, vol. 7. per Felyn. in c. ex transmissa, col. 3. de præscrip. per Abb. in c. sciscitatus, de rescrip. per Afflict. in c. 1. col. 7. vers. ex hoc articulo. Quo tempore minor, vel vassallus, per Franc. in c. ex ratione, col. 4. de præscrip. Tamen Domini in vna Hispalensi Scholastriæ coram D. Aragonia secuti fuerunt contrariam opinionem, scilicet

2 protestationem † esse ad cautelam, & non necessariam, & sufficere; quòd aliunde constet de diligentia, & quòd per eum non steterit, sed per iudicem, quam opinionem quàmplures Doctores tenent, & æquiorem, & humaniorem, dicit Ias. in d. §. si quis ipsi Prætori, & in d. §. fin autem vtraque & communem * dicit Decius in c. fin. de appell. & in l. in omnibus causis, de reg. iuris. Et de prædictis Doctoribus hanc opinionem tenentibus, vide per Ias. & Dec. vbi supra, & eundem Ias. in l. 2. §. quod diximus, in fin. col. vers. subdit successiuè Bart. ff. si quis cautionibus. Et ideo in supradicta causa Domini fuerunt in voto, subiectum regulæ de annali, qui infra
3 annum causam expediri facere tenetur, excusari, * † constito de quàmplurimis diligentijs suis apud Iudicem, vt causam deberet expedire, etiam sine alia protestatione, quòd per se non stabat.

* Adde quod Dec. nulibi hãc opin. dicit cõem, l. 3. eã vtrobique sequatur, prout & in cõs. 436. col. 3. quã etiã Rotã amplecti tãquã æquiorẽ dicit Caputaq. decis. 73. lib. 2. impress. & eã probat Vant. de nullit. ex defec. iurisd. ord. n. 136. dicit cõem Boer. dec. 40. n. 8. Afflic. dec. 50. n. 5 Ripa qui latiùs cæteris hunc articulum examinat in tract. pestis, 3. par. 2. par. n. 19. vers. sexto dubitat, fol. mihi 28. in paruis de quo etiam remissiuè per Mascard. qui de probatione impedimenti agit. concl. 882.

* Facit Gomes. super reg. de annal. vbi etiam huius decis. meminit q. 74. 75. & 76. super reg. de trien. q. 57. & super reg. de public. q. 13.

Alias decis. ad hunc tit. facien. habes decis. 3. sup. de caus. poss. & prop. & decis. 3. de fide instrum.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

EPITOME.

Regula de triennali tuetur etiam malæ fidei possessorem.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali est quædam præscriptio.*
2 *Præscriptioni necessaria est bona fides de iure canonico, & num. 12.*
3 *Subrogatus sapit naturam subrogati.*
4 *Statutum inducens præscriptionem contra creditorem non petentem debitum per certum tempus, quomodo intelligatur.*
Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.
5 *Malæ fidei possessor potest se tueri regula de triennali.*
6 *Præscriptio propriè non cadit in beneficijs.*
7 *Præscriptione acquiritur dominium directum, & vtile.*
8 *Reg. de annali nec præscriptionem propriè, nec dominium acquirit. Malæ fidei possessorem defendere potest Papa contra negligentem.*
9 *Præscribens potest rem præscriptam retinere cum bona conscientia, quamuis præscrip. finita de mala fide appareat.*
10 *Regula de triennali excipit tantum duos casus.*
11 *Regula declaratur per exceptionem.*
12 *In Symonia commissa per tertium potest interuenire bona fides.*
13 *Regula non excipit quod rarò accidit.*
14 *Regularum in Curia publicatarum scientia præsumitur.*

DECISIO I. aliàs 235.

1 Regula de triennali, * licèt requirere videatur bonam fidem, ┼ cùm videatur esse quædam præscriptio, ad quam de iure, maximè cano- * Vide Gomes. super hac reg. q 42 vbi meminit huius decis.
2 nico ┼ bona fides omninò videtur esse necessaria, ad reg. possessor, de reg. iur. in 6. ad c. fin. de præscrip. per glo. & Doct. in c. contingit, de dol. & contum. & quia dicta regula tempus præscriptionis solùm videtur velle re-
3 stringere, vel de nouo apponere, vt dictum tempus subrogatum ┼ ita bonam fidem, sicut tempus primæuum, in cuius locum subrogatur, requirere videatur, ad not. per Bald. in l. in contractibus, C. de non num. pec. Et
4 quia sicut statutum inducens præscriptionem ┼ contra creditorem non petentem debitum certo tempore, intelligitur, dummodo debitor sit in bona fide, vt latè per Alex. in cons. 185. col. pen. vol. 2. quia secundùm eum statuta, & alia iura, & constitutiones recipiunt interpretationem, & intelliguntur secundùm ius commune, ad l. 2. C. de noxal. ad c. cum dilectus, de consuet. ad l. quamuis, de in ius voc. per Bart. in l. omnes populi, de iust. & iur. & in l. non dubium, C. de legib. ita & dicta regula videatur esse intelligenda. Domini tamen, in vna Conchen. præstimonij coram D. Io.
5 Clerici, tenuerunt, etiam malæ fidei possessorem ┼ dicta regula tueri, non
6 præscriptione propriè, quæ in beneficijs ┼ non cadit, ad not. per Abb. in
7 d. c. contingit, col. 3. & ex qua dominium directum ┼ acquireretur, ad not. in l. 1. de vsucap. vel vtile, ad not. in auth. nisi tricennale, C. de bon. matern. quorum neutrum per d. regulam acquiritur, quod patet, quia possessori tantùm, non autem eius successori suffragatur. Et quia etiam si esset præ-
8 scriptio, potest Papa ┼ malæ fidei possessorem defendere contra negligentem, vt in c. 1. & ibi per Doct. maximè Modern. de præscript. Et finita
9 præscriptione, ┼ licèt de mala fide appareat, potest quis cum bona conscientia rem præscriptam retinere, tutus auctoritate eius, qui super re illa disponere potest, vt est in beneficialibus Papa, ad not. in clem. 2. vt lit. pend. & disposuit in odium negligentis, vt dicit Innoc. in c. cura, in fi. de iur. patron. per illum text. secundùm vnum intellectum. Quòd autem in dicta regula Papa hoc voluerit facere, patet. Primò, quia cùm per ex-
10 ceptionem ┼ regula firmetur, & declaretur, ad vulgat. l. nam quod liquide, §. fin. de periu. leg. & in l. in his, cum ibi not. de leg. & Alex. cons. 141. nu. 6. col. 3. vol. 2. & excipiantur tantùm duo casus, scilicet symoniacus ingressus, * & reseruatio in corpore iuris, in quibus necessarium est dare malam fidē, ergo de necessitate est, vt regula comprehendat omnes alios casus, etiam continentes malam fidem, aliàs enim si cum bona fide regula intelligeretur, non fuisset necessarium excipere dictos duos casus, in * Idē Mohe. d. 5. de caus. poss. & prop.
11 quibus omninò est mala fides. Et licèt in dictis duobus casibus ┼ posset aliquando interuenire bona fides, vt in symonia commissa per tertium, non per ipsum beneficiatum, ad c. de symoniace, de symonia, & in reseruatione per obitum apud sedem forsan ignota possessori, scilicet in facto,
12 tamen non est verisimile, nec credendum, ┼ quòd ratione eius, quod rarò

acci-

accidit, regula exceperit, sed eius quod communiter, & frequentiùs, arg. l. nam ad ea, cum simil. de legi. Præterea cum in alijs omnibus reseruationibus dicta regula locum habeat, cùm tantùm in corpore iuris clausas excipiat, dictæ reseruationes, cùm sint vigore regularum publicatarũ, notæ præsumuntur, ad not. in c. 2. de constit. ergo in malæ fidei possessore necessariò loquitur, & si vnus vigore prouisionis posterioris triennio possideret, sciens aliam anteriorem, dicta regula non defenderetur, nec tueretur, nec vnquam in curialibus scientibus omninò regulas, & reseruationes locum haberet, quod non est dicendum.

Aliam decis. ad hunc titulum facien. habes infra de decim. decis. 1.

DE SENTENTIA, ET RE IVDICATA.

EPITOME.

Processus per contradictas decretus, etiam si Iudici non constet de absentia partis, vel procuratoris, sustinetur, si probetur eos verè tunc absfuisse.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres sunt executioni mandandæ, nisi vltima sit nulla.*
2 *Sententia lata per contradictas sustinetur, licèt non constiterit Iudici de absentia procuratoris, si tamen verè erat absens.*
3 *Sententia sustinetur, etiam si post ipsam constet de mandato.*

DECISIO I. aliàs 18.

1 TRes sententiæ † debent executioni demandari, licèt opponatur de nullitate, ad clem. vt calumnijs, de re iud. fallit tamen quando vltima est nulla, quia agitur ex confirmante. Accidit ergo in vna Barchinonen.* quòd contra tertiam sententiam opponebatur de nullitate, ex
2 quo decretus fuit processus per cõtradictas † non docto de absentia procuratoris, quare sententia ex defectu citationis videbatur nulla, & licèt ille procurator verè esset absens, tamen quia id non constabat Iudici, qui debet secundùm acta, & probata iudicare, hoc non videbatur releuare. Quo non obstante, Domini habuerunt eam pro bona, & valida, attento maximè, quia non constabat de bono iure illius venientis contra sententias, quia in veritate nulla est facta iniuria, ex quo verè erat absens ille procurator, & sicut in simili videmus, quòd quando actum est cum asserto procuratore, & sententia lata non constito de mandato, si tamen post sen-
3 tentiam † de illo constat, sententia sustinetur, ad decis. nostram 247. al. 18. de procur. in antiq. quam Rota seruat, licèt si contra decis. 145. al. 7. eo. tit. in nou. vt in addit. ad eandem decis. in fine. Cùm ergo procurator esset verè absens, non poterat procedi nisi per contradictas, quod est factum, ergo &c.*

* Ad huius decis. materiã vide Couar. li. 1. prac. quæst. c. 25. præsertim, n. 3. vers. septima.

* De qua supra decis. 1. de sequ. poss. & fruct.

*Facit dec. 4 sup. de procur. de quo vide Vant. de nullit. ex defectu mand. n. 17. & seq.

EPITOME.

Spoliator duas habens sententias in possessorio contra se, & patiens ad fauorẽ tertij pronũciari in petitorio, vt fugiat possessionis restitutionẽ, cõdẽnatur ad fructus, & expẽsas.

DECI-

DECISIO II. aliàs 40.

SPoliator, qui reportauerat duas sententias contra se, vt euitaret tertiam, colludendo, fecit contra se committi causam per tertium super petitorio, & datis articulis per illum, nihil opposuit, nec à sententia in illius fauorem lata appellauit: Quare illi debebantur executoriales. Vnde dicebat ampliùs contra se non debere dari aliquam sententiam super spolio priori, ex quo apparebat, quòd possessio debebatur illi tertio vigore suæ sententiæ, & executorialium. Quibus non obstantibus, Rota, quæ expressè cognouit malitiam spoliatoris, scilicet Francisci de Pesquera super quibusdam beneficijs Burgen. voluit, quòd ratione fructuum, & expensarum daretur omninò tertia sententia super spolio, & quantùm ad illum tertium videretur postea quis eorum deberet possessionem habere.

EPITOME.

Cessione litis non obstante, dantur actori sententia, & executoriales super expensis.

DECISIO III. aliàs 51.

NOta quòd, licèt reus ante sententiam cedat, si tamen pro expensis suis priùs factis, vult actor sententiam, & executoriales, non debet denegari, propter intrudendos.

EPITOME.

Sententia lata pro actore contra substitutum procuratorem ab ipso actore, vti procuratore generali N. non valet.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per collusionem est nulla.*
2 *Procuratorem quantumuis generalem constituens, non præsumitur constituere, vt agat contra ipsummet constituentem.*
3 *Concessio generalis non comprehendit id, quod verisimiliter quis non esset concessurus.*
4 *Mandatum generale non comprehendit, vt mandatarius agere possit contra gesta per Dominum.*

DECISIO IV. aliàs 94.

1 PEr viam nullitatis fuit reuocata quædā sententia ✝ per D. Nicolaum de Aragonia ex voto Dominorum, ex quo actor, vt generalis procurator rei, substituerat alium procuratorem in actis, contra quem processerat, & sententiam reportauerat in sui fauorem à D. Petro Andrea Gambaro, illo non appellante. Vnde visum fuit Dominis sententiam esse nullam. Primò propter manifestam collusionem, arg.l.1.& ibi Bart.C.de aduoc.diuers.iud. Secundò, & principaliùs ex defectu mandati, quia reus, ✝
2 qui constituerat actorem procuratorē generalem ad omnes causas, etiam mouen-

mouendas, non est credendum, quòd voluerit eum constituere, vt agat contra ipsummet constituentem, sed vt ipsum defendat, ad not.per Rom. cons.2.dum allegat l.prohibere, §. planè, & ibi Bart. quod vi, aut clam.
3 quia in generali † concessione nunquã venit, quod quis in specie non fuisset verisimiliter cõcessurus, vt est in obligatione generali, l.obligatione generali, ff.de pign.c.fin.de off. Vicarij, in 6.gl. in l.fin.de pact. Benè facit etiã,
4 quòd mandatũ generale † non comprehendit vt agere possit contra gesta per Dominum, ad not.in l.si hominem, ff.mand.per Bart.in l. si ambitiosa, de decret. ab ord. faciend. Et hoc in causa Legionen. beneficij.

E P I T O M E.

Actore reuocante suspensionem petitorij, & petente super eo pronunciari, debet dari reo sententia absolutoria in spolio.

DECISIO V. aliàs 96.

SI reuocauerit actor suspensionem petitorij, & super eo petat pronunciari, licèt ei non possit sententia denegari, debet tamen & reo, si petierit, dari absolutoria in spolio, quia eius interest, vt si de nouo actor in secunda, vel vlteriori instantia suspendat petitoriũ, volens in spolio procedere, reperiatur iam in eius fauorem semel pronunciatum, Et hoc in vna Placentina coram D. Aragonia.

E P I T O M E.

Verbum, pro rata, in sententia prolatũ, intelligitur de parte, si sic in libello fuit petitum.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum, pro rata, in sententia, quomodo intelligatur.*
2 *Sententia est intelligenda secundùm libellum.*
3 *Sententia est strictè iuris.*
Partis appellatione, nunquam venit totum strictè loquendo.
4 *Sententia verba quando improprientur.*
5 *Verba licèt aliquando impropriè, nunquã tamen impropriјssimè accipiũtur.*

DECISIO VI. aliàs 133.

BErnardinus de Bubalis petebat executionem trium sententiarum habitarum per eum contra Iulianum, & Io. Baptistam eius nepotes super Casali Campiglia, quod erat per dictas sententias ei adiudicatum ratione fideicommissi, [pro rata * eum tangente.] Fuit dubitatum quo-
1 modo illa verba: [pro rata] † intelligerentur, quia secundùm Bernardinum, ex quo in fideicommisso ipse solus debebat venire, debent accipi in totum, non dato alio, qui ad fideicommissum venire possit, arg. not. per Bart. in l. cohæredi, §. vlt. de vulg. Fuit tamen per omnes sine difficultate contrarium tentum, ex quo apparebat, quòd in libello in eadem causa intentata coram Senatore à principio petierat tertiam tantùm, & etiam in

* De hac dictione, pro rata, vide Bald. in auth. defũcto, col. fin. Cad Tertull.

2 in articulis. Vnde sententia † secundùm libellum est intelligenda, ad glo. vlt. in c. dudum, de decim. & Spec. in tit. de rest. spol. §. 2. vers. & nota quod
3 quidam Iudices. * Item quia sententia † est stricti iuris, ad not. in c. dilectus, de off. Ordin. quo casu nunquam appellatione partis venit totum,* vt limitare videntur Doct. in l. 2. C. de hæred. instit. Item quia licèt verba
4 † sententiæ aliquando improprientur, hoc tamen fit ad euitandum absurdum, non tamen ad hoc vt verba latiùs intelligantur, vt in proprijs terminis dicit Felyn. in c. auditis, in princ. de præscrip. Item quia licèt verba
5 aliquando debeant accipi impropriè, † nunquam tamen improprijssimè, quia tunc dicitur magis abusio, sed quòd verbum pro rata, quod propriè importat partem, c. propter, de locato, l. sic pro rata, ff. de relig. & sumpt. fun. comprehendat totum, hoc videtur satis absurdum, & iuri, & menti pronunciantis contrarium.

* Latè Fel. in c. licèt Heli. n. 18 de symo.

* Imò regul. partis appellatione venit dimidia l. nomē filiarū. §. portionis, de verb. sign c. 1. de cōcess. pb. in 6. Soc. cōs. 215 li. 2. ideo vide Tiraqu. ad l. si vnquā in ver. partē aliquā, C. de reuo. donat.

EPITOME.

Attentata pendente appellatione, non opponuntur post rem indicatam.

SVMMARIVM.

1 *Attentatis renunciare videtur, qui in negocio principali patitur procedi.*

DECISIO VII. aliàs 140.

NOn potest dari post rem iudicatam de attentatis commissis pēdente appellatione secundùm Dominos in vna Placentina bonorū coram me. arg. decis. 1. de appell. in nou. & 464. al. 76. eo. tit. in antiq. Et quia, cùm non opposuerit de attentatis, & passus fuit in causa principali
1 procedi, † videtur illis renunciasse, secundùm Angel. de Perus. qui dicit aliàs Curiam ita iudicasse in l. ei cuius, ff. de appell. recipiend.

EPITOME.

Sententia ad fauorem minoris petita, & obtenta ab actore constituto a tutrice, qui eam petijt tanquam procurator tutricis, non valet.

SVMMARIVM.

1 *Tutrix non constituit procuratorem in causis pupillorum, sed actorem.*
2 *Processus agitatus per non legitimum procuratorem est nullus.*
3 *Constituendo in causa bonū actorem, quando videatur præcedētia ratificare.*
4 *Actor legitimus petendo sententiam, videtur vti actis ab alio factis, & præcedentia ratificare, quod tamen declaratur.*
5 *Procurator dominus litis non effectus, expressè potest ratificare, tacitè non.*
6 *Actor quomodo differat à procuratore.*
7 *Actor producta actoria tenetur cauere de rato.*
8 *Sententia obtenta in fauorem minoris, etiam per falsum, & malum procuratorem valet.*
9 *Actus sustinetur ex capite valido.*

Actus

10 *Actus valet, ut potest, quando est defectus in causa efficienti.*

11 *L. non eo minus, C. de procur. quomodo procedat.*

12 *Coniunctus, qui potest pro coniuncto comparere in iudicio, si compareat, ut procurator, nihil agit.*

DECISIO VIII. aliàs 181.

*Facit Affli. decis. 262.

*Vide Masc. de probatio. concl. 1255.

1 TVtrix, † * quæ cùm non valeret in causis pupillorum procuratorem constituere, ad l. neque tutores, C. de procurat. cum Iudicis auctoritate, & decreto, in vna Cornetana grani, siue alia causa, actorem constituit, propter text. & ibi notata per Bart. in l. actor, ff. rem rat. hab. postquam in eadem causa, per alium procuratorem nulliter ab eadem tutrice constitutum, processum fuerat vsque ad sententiã exclusiuè, qui actor in petitione sententiæ, petijt eam, vt procurator Helisenæ, quo nomine tutrix vocabatur, petendo eidem Helisenæ aduersarium condemnari ad soluendum scuta sexcentum, deinde secuta sententia pro pupillis ab A.C.
2 dubitatũ fuit de eius validitate † corã D. Piccolomineo. Et licèt omninò processus foret nullus, quia agitatus per non legitimum procuratorem,
3 quia tamen dici poterat, nòn quòd, ex eo, quia tutrix † constituit in causa bonum actorem, videatur præcedentia ratificasse, ad glo. in l. Iulianus, ff. qui satisd. cog. (quia illud procedit, quando eadem persona, quæ fuerat priùs actor, esset constituta, ad not. ibi, & quando esset probata notitia rerum gestarum, vt per Doct. ibi, per l. si ita, §. fin. de test. tut. & etiam quando esset speciale mandatum in causã, in qua erat agitatum, prout
4 secus in casu nostro, quia erat generalis actor:) Sed ex eo, quia actor † legitimus petendo sententiam, videtur velle vti illis actis præcedentibus, & vtendo videtur ratificare, * ad l. sæpe, cum ibi not. ff. de re iud. per Innoc. & alios in c. ex parte decani, de rescript. & decis. 455. al. 39. de procur. in nou. quod tamen omninò procedit in principali. In procuratore
5 verò non effecto domino litis, licèt expressè † possit ratificare, tacitè tamen videtur quod non possit, ad decis. 454. al. 38. de procurat. in nou. Et ita forsan in actore dici poterat, quia exceptis differentijs, de quibus per
6 glo. & Doct. in d. l. neque tutores, non videtur maiorem † auctoritatem habere, imò minorem, quia procurator fit immediatè à domino, actor vero à non domino. Vnde licèt procurator producto mandato, de rato non
7 caueat, ad l. 1. C. de procur. actor † tamen etiam producta auctoria tenetur cauere, ad not. per Bart. in d. l. actor, in 1. col. hoc tamen non fuit aliter disputatum, quia super nullitate processus non fuit causa votata, sed tantùm super validitate dictæ sententiæ ob dictam ineptam petitionem, quia ad instantiam procuratoris tutricis, quæ tamen illum procuratorem non fecerat, nec facere poterat. Et licèt tanquam actor potuisset sententiam petere, hoc tamen non fecerat: Vnde succedebat regula, quod potui nolui; & c. ad l. multum, C. si quis alteri, vel sibi, ad c. cum super, de
8 off. deleg. Pro validitate autem faciebat, quia sententia † obtenta in fauorem minoris, etiam per falsum, & malum procuratorem valet, ad l. non

eo

eo minus, C. de procurat. Et licèt petitum fuerit aduersarium condemnari Helisænæ ad soluendum, tamen cùm ipsa esset tutrix, & ei solui deberet, ad l. quod si fortè, §. 1. de solut. rectè verba executoria condemnationis erant in eius personam concepta, ad not. per Bart. in l. 1. C. de sent. col. fin. in l. stipulatio ista, §. si stipuler, de verb. oblig. in l. hoc iure, de solut. Item quia, cùm talis sciret se actorem, quia præsens, & acceptans fuerat cõstitutus, si fecit vt procurator, videtur errasse in iure, credens actorem
9 esse procuratorem, quo casu actus † videtur sustinendus ex capite valido, ad doctrinam Innoc. & Doct. in c. cum ex officij, de præscript. & Bald. in l. falsos, in fi. C. de furt. & Angel. in l. si per errorem, ff. de iurisd. om. iud.
10 Item quia quando actus est defectiuus † in causa efficiente, vt in casu nostro, videtur debere valere, vt potest, ad not. per Bart. in l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig. Quibus tamen, & alijs non obstantibus, Domini fuerunt
11 pro nullitate, † quia non vt procurator pupillorum egerat, sed tutricis, quo casu, non loquitur d. l. non eo minus, nam illa, & ibi notata locum habent in procuratore minoris nulliter constituto ob ætatem, quo casu, quia in his, quæ tendunt in fauorem habetur pro maiore, ad l. neque, C. de contrah. & committ. stipul. succedit determinatio d. l. non eò minus, vt per Cyn. & Iason. ibi, Sed in superiori casu, etiam pro maiore sententia non valuisset, quia procurator non erat, & ex quo, non vt eius, sed vt alterius procurator processerat; Vnde per regulam, d. l. multum interest,
12 per quam videmus, quòd licèt aliquis vt coniuncta persona † alicuius in iudicio esse possit, si tamen comparet vt procurator, cùm non sit, non saluatur ex capite coniunctæ personæ, ad l. maritus, cum ibi not. C. de procurat. & per Ias. in l. exigendi, eo. tit. & per alia etiam, de quibus per Roman. cons. 446. * qui ad adducta in contrarium respondet; Conclusum fuit necessariam commissionem fore, quòd reiectis nullitatibus. &c.

* Et cõs. 496 vt sup. dec. 7. de procur.

EPITOME.

Sententia lata contra Communitatem indefensam, licèt citatam, est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Respublica vtitur iure minoris.*
Amplia in omni vniuersitate, & num. 5.
3 *Minor etiam si citetur, sententia est nulla, nisi detur ei curator.*
4 *Agens contra Communitatem debet petere sibi deputari defensorem.*

DECISIO IX. aliàs 206.

1 Sententia lata contra Communitatem † indefensam, licèt citatam, est
2 ipso iure nulla, secundùm Dominos in vna Theatina * augmenti dotis, coram D. Piccolomineo: Cùm respublica † vtatur iure minoris, * ad l.
3 respublica, C. ex quib. caus. maior. & in l. pen. C. de iure reip. lib. 11. Minor † autem & si citetur, tamen si curator ei non detur, vel non defendatur, sententia contra eum lata erit nulla, ad l. contra minores, cum ibi not. per Doct.

* De qua supra decis. 7. de procur.

* Roland. a Valle q mul tos allegat cons. 68. nu. 20. lib. 3.

Doct.C.si aduers.rem iud. per Salyc.in l.si praeses,C.quomodo, & quando vid. per Paul. de Castr. & Alex. in l.contra pupillũ, ff.de re iud.per Imol. in l.si finita,§.cum autem,in fi.de dam.infect.cum simil.& ideo debet actor
4 † petere à Iudice, Communitati non comparenti deputari defensorem, quo non facto, sententia erit nulla, ad textum in l.1. & ibi per Bart. Luc. de Penna, Io. de Platea, & alios, C.de iure reipub.lib.11.quod enim de re-
5 publica † scribitur,idem erit in omni cõmunitate,* vt per Socin.in cons. 66.in fi.4.vol.

*Idẽ Rolan. a Valle vbi supra.

EPITOME.

Cessio iuris ex sententia, quae transiuit in rem iudicatam, factae tertio pro certa summa, pro qua cessionarius delegauit nomen debitoris valet. h. d. 1

SVMMARIVM.

1 *Delegatio nominis cessi non est vera solutio, sed solutioni similis. declara vt num.* 4.

2 *Verbum, persoluat re ipsa, veram solutionem, & numeratam pecuniam requirit.*

3 *L. per diuersas, & l.ab Anastasio,C.mand.quomodo procedant. & num.5.*

DECISIO X. aliàs 207.

*Vide Gab. concl. 5. de actionib.

CEssio * iuris sibi competentis,post tres sententias habitas per cedentem, facta pro certa summa tertio, pro cuius satisfactione cessionarius delegauerat nomen debitoris, dubitatum fuit in vna Romana cessionis, seu bonorum inter istos de Bubalis coram D. Camillo: An, quia non constabat aliter postea de reali, & actuali pretij solutione, nisi per confessionem cedentis, impediret cessionarium in exercitio actionis, ad l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandat. cum ibi not. latè per Doct. & per Abb.in c.2.de alien. iud. mutand. caus.fact. quod videbatur aliquibus ex Dominis propter verba dictarum legum, & glo. ibi, quae veram, & naturalem satisfactionem requirunt, & solutionem non fictam, vt delegatio-
1 nem, quae † non est vera solutio,sed solutioni similis, ad l.si rem aliquam, in fi.de nouat. facit l.assiduis, iuncta glo. in vers.datae, C. qui pot.in pign. hab.& not.per Doct.in l.1.sol.matr. facit etiam l.si quis, C. de posit. iunctis notatis per Socin.in cons.143. in fi.vol.1. facit quod dicunt Doct. in c.cum olim Abb.de off.deleg. & l.2.§.fin.si cert.pet.de procuratore ad exigendum, & faciunt not.in l.Gallus,§.& quid si tantum, de lib.& posth. per l.mulier,ad Trebell.& l.si mater,C.de instit.& subst. & l.fin.de his qui ven.
2 aetat.impetra.corroborantur per verbum † persoluat, iuncto verbo,re ipsa,d.l.ab Anastasio,in quo vera solutio, & numerata pecunia requiri videbatur. Quibus non obstantibus maior pars Dominorum fuit pro non impedimento exercitij actionis. Primò, quia cùm ius cedentis esset indubitatum,ex quo super eo tres sententias, & sic rem iudicatam habuerat, quae pro veritate habetur, ad vulg. l.1.de re iudic. non habet locum
3 † tunc dispositio l.per diuersas,vt not.ibi per Angel.in princ.ex mente gl. in verb.

In verb. indubitatum, ex quo tunc cessare videtur calumnia redemptionis litium, & per consequens dispositio dictarum legum, vt ibi per Bart. &
4 Abb. in d. c. 2. col. pen. Secundò, quia † per delegationẽ veri debitoris videtur realiter satisfactum, quò ad delegantem, licèt delegatus adhuc non soluerit. Quo casu veræ solutioni, & non delegationi comparari debet, cùm præsumpta fraus hoc casu cessare videatur. Vnde videmus disposi-
5 tionem dictarum legum locum non habere in cessione facta † creditori cedentis, quia videtur nomen debitoris datum in solutum cessionario, Tantò magis, & tertiò, quia in casu nostro cedens erat mulier, cessionarius autem eius coniunctus, & ille contra quem erat facta cessio, homo cauillosus, ex quo cessare videntur præsumptæ fraudes dictarum legum, ad not. per Specul. in tit. de cess. act. Præterea etiam, quia cessio facta erat cum iudicis decreto, & duobus propinquioribus interuenientibus secundùm formam statutorum, quæ solemnitates per statutum requiruntur ad tollendas fraudes in contractibus mulierum.

EPITOME.

Sententia lata contra minorem 25. ann. maiorem 14. ex processu cæpto per eius auctorem, cuius erat hæres, & continuato cum procuratore auctoris, non tamen domino litis, minore non citato, tenet, si in mandato principalis satisdedit pro procuratore, conceditur tamen ei restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres auctoris, cum quo causa cæpta est, An & quando citari debeat.*
2 *Procurator defuncti dominus litis effectus, est etiam procurator eius hæredis. & quid si hæres sit minor, vel inhabilis. vide num. 5.*
3 *Procuratore citato principalis condemnari potest.*
4 *Mandatũ non reuocatur morte, si principalis satisdedit pro procuratore.*
6 *Maior 14. annis est habilis ad constituendum procuratorem.*

DECISIO XI. aliàs 211.

Sententia lata contra minorem 25. annis, maiorem tamen 14. vt hæredem, aliter eo non citato, in vna Cremonen. decimarum coram D. Ludouico, in qua fuerat processum lite introducta cum eius auctore, & post eius obitum cum eius procuratore habente mandatum cum clausula solita satisdationis, qui in vita mandantis nihil fecerat, per quod dominus litis effectus foret. Dubitatum fuit de eius validitate, attẽto quòd
1 hæres † de nouo citari debere videbatur, ad not. per Paul. de Castr. in l. si cum hominem, nu. 2. de fideiuss. quod tamen non procederet, si dictum mandatum durasset, ac morte non esset reuocatum, quia tunc citato illo procuratore, bene potuisset sententia, etiam contra hæredem, promul-
2 gari, quia † & talis procurator etiam hæredis procurator fuisset, ad not. per Fulgos. & Alex. in l. nulla, C. de procurat. ad not. in d. l. si cum hominẽ, & in l. 1. C. de sentent. & in l. stipulatio ista, §. si stipuler, ff. de verb. oblig. &
3 citato † procuratore, principalis valet condemnari, ad not. per Io. Andr.

* Facit Put. dec. 306. li. 2 Vant. de nullit. ex defec. mand. nu. 28. & seqq.

I & Abb.

& Abb. in c. querelam, de elect. & glo. Ant. de Butr. Abb. & Modern. in c. suscitata, de in integr. restit. per Alex. in l. nihil arbitramur, C. de procur. In casu autem de quo supra, licèt re integra auctor decesserit, tamen quia
4 in mandato satisdedit pro procuratore, † quo casu morte non reuocatur mandatũ, secundùm Dominos,* ad l. si defunctus, vbi Bart. Paul. de Castr. & Doct. de procurat. Quia verò hæres erat minor, dubitabatur per Dominos, An istud procederet, sicut & quando hæres aliàs est inhabilis, ad l.

* Gabr. cõcl. 2. num. 11. de procurat.

5 si quis alicui, de acqu. hæred. tunc enim videbatur mandatum † nõ transire ad hæredem inhabilem, & limitari not. in d. l. nulla, per singul. cons. Socin. 112. vol. 1. per Lancellot. Dec. in l. rogasti, §. si fugitiuus; si cert. pet. per apostill. ad Felyn. in c. eam te, de rescrip. propter status mutationem, per rationes de quibus per Socin. vbi supra. Et licèt, quòd etiam stante hærede pupillo, mandatum transeat, & duret post mortem, incidenter tenere videatur idem Socin. cons. 87. col. 5. vers. nec videtur, & col. fin. vers. circa tertium, eo. lib. 1. & Alex. cons. 215. col. 1. & 2. lib. 6. tamen plenè, & principaliter non discutiunt articulum, vt per Socin. in primò supra alleg. consil. qui etiam iura, & rationes pro sua opinione allegat. Vnde ex hoc dubitantes Domini aduerterunt causam esse decimarum, & hæredem maiorem 14. annis, & per consequens † habilem ad constituendum procura-
6 ratorem, ad c. si cum annum, & ibi Franc. col. 1. de iudic. in 6. per decis. 46. al. 2. de iudic. in nou. & 498. al. 2. de decim. in antiq. per Felyn. in c. causam, in fi. de præscrip. & Rip. in c. 2. in fi. de iud. & sic cessare difficultatem. Fuerunt tamen pro restitutione, per glos. fin. in vers. nec obstat, & ibi per Bald. in l. 1. C. si de moment. possess. per Abb. in c. ex parte, de restit. spoliat. per Alex. cons. 80. vol. 7. Et hoc attento quòd de læsione aliquantulũ constabat, vt si etiam pleniùs postea constare possit, daretur remissoria, ad decis. Ægid. 38.

EPITOME.

Sententia condemnatoria in vno, quando plura sunt petita, si proposita sit peremptoria exceptio, vel ex narratiua sententia, etiam nulla, apparet de mente iudicis, inducit absolutionem in altero.

SVMMARIVM.

1 *Iudex condemnans in vno capite, quando videatur in alio absoluere.*
2 *Voluntas etiam ex actu nullo declaratur.*

DECISIO XII. aliàs 9. lib. 2.

1 SEntentia condemnatoria † in vno, quando plura petuntur, licèt non inducat absolutionem in alio, quando capitula sunt diuersa, & separata, vt per Bart. in l. 1. C. si aduers. rem iudic. & l. etiam, ff. de minor. tamen quando est proposita exceptio peremptoria in vno, Iudex in alio cõdemnando, videtur in eo, in quo proposita est exceptio, absoluere, ad doctrin. Bart. in l. si plures, in fin. principij per illum text. ff. de fideiuss. & Paul. de Castr. in d. l. 1. col. 2. C. si aduers. rem iud. vel quando ex narratiua sentẽtiæ appa-

appareret de mente iudicis, quòd in alia intendebat absoluere, ad not. per Felyn. post Aret. in c. cum inter, col. 5. vers. secundo restringe nisi ex verbis: de re iudic. Et quia omnia ista duo interuenerunt, tenuere Domini in vna Conchen. reddituum coram D. Mohedano, quòd etiam quòd in secundo
2 casu narratiua esset nulla, saltem † ex ea Iudicis animus, & voluntas colligeretur, ad vulg. l. vlt. de rebus eorum, cum similibus.

EPITOME.

Aduersarij si sint duo in actis, & processum sit contra vnum, illo mortuo, sententia valet, citatis in genere sua interesse putantibus.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor, si sit certus in actis, ille est citandus.*
2 *Contra vnum ex aduersarijs potest procedi, alio dimisso.*
3 *Aduersarius in actis dimissus non dicitur certus contradictor, quò ad ius, & personam defuncti.*

DECISIO XIII. aliàs 24. lib. 2.

SEntentia, quæ, quando sunt duo aduersarij in actis, & processum est contra vnum, illo mortuo, licèt non videatur valere, citatis in genere
1 interesse putantibus, cùm, stante certo † contradictore in actis, ille citandus videbatur, ad c. vlt. cum ibi not. de elect. in 6. Tamen, cùm liberum sit
2 contra vnum procedere alio dimisso, † illo defuncto, quò ad prosecutionem contra ius, & personam illius, debet, & potest procedi per generalem citationem interesse putantium, secundùm Dominos in vna Abulen. be-
3 neficij coram me, cùm in iure, & persona defuncti, alius aduersarius † in actis iam dimissus, non dicatur certus contradictor.

EPITOME.

Pensio non venit appellatione beneficiorum, in sententia pœnali, etiam si verba fuerint geminata, nisi daretur in titulum beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Pensio in materia odiosa, stricta, & pœnali non venit appellatione beneficij.*
2 *Verba: quæcunque beneficia comprehendunt pensionem, declara vt n. 3.*
4 *Pensio quando dicatur dari in titulum beneficij, remissiuè.*

DECISIO XIV. aliàs 59. lib. 2.

1 PEnsio, † quæ in materia stricta, odiosa, & pœnali non venit appellatione beneficij,* ad not. per Bald. Abb. & Felyn. in c. ad audientiam, el 2. de rescrip. Gemin. in c. quamuis, in princ. de præbend. in 6. & Anan. in c. non satis, col. 2. de symon. Fuit dubitatum in vna Placent. pensionis co-
2 ram me, An idem esset, quando in sententia priuationis essent hæc verba:
3 Declarantes eum priuationis suæ ecclesiæ, omniumque, † & singulorum

* De quo late Gig. de pension. q. 28. per totã q. 94 n. 6. q. 97. n. 10. Gomes. q huius decis. meminit, super reg. de annali, q. 21.

 bene-

„ beneficiorum, & officiorum suorum, quæ obtinet, inhabilitatisq. ad alia „ obtinenda, pœnam incurrisse, &c. & videbatur quòd sic, propter illa verba: geminata omnium & singulorum, quæ videbantur importare, vt veniret pensio, sicut in dictione: (quæcunque beneficia*) ad not. per glos. in vers. quodcunque, in clem. 2. in fi. de vit. & honest. cleric. & meliùs per Caccialup. in tract. pension. q. 30. in princ. Quo non obstante Domini tenuerunt idem & hoc casu, vt scilicet verba etiam geminata non faciant
3 comprehendi pensionem in pœnalibus,* nisi quando ✝ esset talis, quæ daretur in titulum beneficij, ad glos. in d. clem. 2. & ibi Imol. & Cardin. qui ita intelligunt, & Felyn. in c. postulasti, col. 12. vers. tertia declaratio, de rescrip. & ita loquitur d. glos. & ita etiam est intelligendum dictum Caccialup. qui illam allegat, aliàs non benè diceret, & ita idem Caccialup.
4 in eodem tract. q. 12. allegando supradictos videtur tenere. Quando ✝ autem dicatur dari in titulum beneficij, tradit Abb. in c. conquerente, col. 1. de cler. non resid. & in c. dudum, primo not. de præsumpt. & Felyn. in d. c. postulasti, d. vers. tertia declaratio, & Caccialup. d. q. 12.

*Gig d. q. 18 n. 11. & 97. nu. 10.

* Nisi priuatio fieret ex causa hæresis quia pẽsio comprehenderetur Gig. d. q. 94 n. 7.

* Vide Gig. de pension. q. 51.

EPITOME.

Executio secundæ sententiæ validæ, non impeditur per nullitatẽ primæ ab ea confirmatę.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla quãdo confirmatur, agitur ex cõfirmante, nõ ex confirmato.*

DECISIO XV. aliàs 48.

QVando prima sententia est nulla, si ab ea appellatur, & de nullitate dicitur, & hoc non obstante profertur secunda confirmatoria, quæ transiuit in rem iudicatam, nihil præiudicat nullitas primæ, quin secunda debeat executioni demandari,* ad not. per Innoc. & alios in c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. per Doct. in c. super litteris, & c. causam quæ, de
1 rescrip. latè per Alex. cons. 111. viso, vol. 5. quia agitur ex ✝ confirmante, ad l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. Vnde satis est, quòd illa, quę petitur executioni demandari, sit bona & per hoc non videtur bona limitatio Doct. de qua per Dec. in d. c. 1. dum allegat Card. in cons. 71. incip. seriatim, col. 2. scilicet, quando nullitas primæ non esset remissibilis per partem, quia hoc non facit, quin secunda, quæ est valida, & nullitati alicui non subiacet, non debeat habere executionem. Et ita Domini tenuerunt in vna Salamantina coram D. Siluestro, vbi erat nullitas ob non obseruationem terminorum.

* Vant. quib. mod. sent. null. repar. num. 25.

EPITOME.

Executoriales contra intrusos, & intruden. mandantur exequutioni contra tertium lite pendente intrusum, vel qui tempore sententiæ intrusus probatur.

SVMMARIVM.

1 *Executoriales vt exequantur contra tertium, quid probari debeat, & n. 2.*

Proba-

3 *Probationes facta contra intrusum tempore sententiæ, inducunt aliqualem præsumptionem.*
4 *Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.*

DECISIO XVI, aliàs 142.

1 EXecutoriales,† quæ capiunt tertium intrusum lite pendente, propter clausulam (intrusos, & intrudendos,) ad hoc, vt contra tertiũ mandentur executioni, debet ille, pro quo sunt decretæ, probare, quòd ille lite pendente possessionem cœperit, secundùm decis.477.al.14.de probatio.
2 in nou. nec sufficit,† vt ibi, probare, quòd nunc est possessor, quia per hoc non sequitur, quòd etiam ante litem non fuerit. Hoc tamen fallit, si probaretur, tempore sententiarum, illum, contra quem sunt latæ, fore intrusum, quia in necessariam consequentiam, sequeretur istum tertium nunc possessorem post illum se intrusisse, ad decis.478.al.15.de probatio.in nou. quæ est sequens. Quod amplia, secundùm Dominos in vna Regien. coram D. Io. Clerici, non solùm quando intrusio illius, contra quem sunt latæ sententiæ, probaretur nunc, cùm agitur cum isto tertio, lite pédente, intruso, vt videtur requirere dicta decisio, sed etiam si intrusio esset tempore sententiarum probata, dum contra illum principaliter agebatur,
3 quia licèt non deberent illæ probationes † contra istum tertium fidem facere, tamen inducunt aliqualem præsumptionem,* de quo per Bald.in
4 l.si duo patroni, ff.de iure iur. quæ † transfert onus probandi in aduersarium. Aduerte tamen, quia in hac materia non fuerat informatum, adeo vt fuerit hoc ex tempore dictum incidenter. Et ego, cum alio eramus in contrario voto, vt contra istum tertium deberent examinari testes super intrusione illius coniuncti, vt est de mente decis. prædictæ, & Felyn. in c. cum super, num.18. de re iud.

* De quo latè Alex. in l. sæpe, n.70. de re iud. Meno ch. de arb. iud. casu 101. Marc. concl. 1267. Couar. lib. 1. pract. quæst. c.13.

EPITOME.

Res iudicata non exequitur contra tertium appellantem, qui nihil in causa fecit, nec de suo interesse docuit.

DECISIO XVII. aliàs 147.

COntra tertium possessorem, qui appellauerat à sententia lata contra alium, quæ transiuerat in rem iudicatam, licèt appellatio sit deserta, non debet, quò ad possessionẽ, sententia executioni demandari, quando aliàs nihil fecit, nec de suo interesse docuit, secundùm Dominos in vna Mediolanen. coram D. Aragonia: secuti, quod Rotam aliàs tenuisse refert Felyn. in c.cum super, in fi. de re iud. Et ratio diuersitatis, quando aliàs docuit de interesse, & quando non, videtur secundùm me posse colligi ex decis.410.al.20. de re iud. in nouis.

EPITOME.

Executorialium intimatio facta domi latitantis, ne citetur, valet ac si personaliter facta fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Executoriales sunt personaliter intimanda: fallit, vt hic.*
2 *Citandus si dolosè latitat, ne citetur, habetur pro citato personaliter.*

DECISIO XVIII. aliàs 151.

1 EXecutoriales, ✝ licèt debeant personaliter intimari, si tamen maliti osè latitet ille, cui debebat fieri intimatio, nec permittat se reperiri; vt in vna Senensi coram D. Io. Maria pro istis de Maximis contra illos de Chisijs, in qua Notarius facta pluries in Ciuitate Senarum diligentia de illos reperiendo, & cùm ibat domum dicebatur per familiares, quòd erat ruri, & cùm ibat rus, dicebatur quòd erat in domo Senis, & tamen per vicinos dicebatur, quòd erant domi, & aliquando ruri, & sufficit intimari ad domum, & alia loca, vt habeantur pro personaliter inti-
2 matis: cùm dolosè latitans ✝ ne personaliter citetur, habeatur pro personaliter citato, Bald. & Angel. in l.2.C.de annal.except. per Spec. in tit. de contumac.§.1.in princ. facit l.1.§.sed & Aristo, & ibi Alex. in addit.ad Bart.ff.quod vi, aut clam. meliùs per Bonifac. de Vital. in clem.1.in fi.de for.compet.

EPITOME.

Intrusus lite pendente post intimationem executorialium decretarum vigore vnius sententiæ, citatis interesse habentibus latæ, appellans, non auditur nisi parito.

SVMMARIVM.

1 *Interesse prætendens potest debito tempore appellare, & executionē impedire.*
2 *Possessio vitiosa, & attentata debet auferri.*
3 *Intrusus non habetur pro possessore.*
4 *Executio capit intrusos lite pendente.*

DECISIO XIX. aliàs 216.

INtrusus lite pendente, cui fuerant intimatæ litteræ executoriales decretæ vigore vnicæ sententiæ latæ citatis interesse putantibus, appellauit à die notitiæ infra debitum tempus, & debito tempore causam appellationis committi fecit, ex quo videbatur eum esse audiendum, vt in secunda instantia: nec debere executorialibus ante omnia parere, & pos-
1 sessionem relaxare, cùm prætendens ✝ interesse possit debito tempore appellare, & sententiæ executionem impedire, ad not.in c.cum super, de re iud.& decis.20.eod.tit.in nou.cum similib. Domini tamen in vna Tullien.
2 coram me fuerunt in voto, quòd stante possessione ✝ nulla, idest, vitiosa, & attentata, quæ omninò debet ab eo auferri, quò ad impediendum executionem respectu possessionis, aliquid opponere non possit, cùm pro pos-
3 sessore ✝ non habeatur, ad decis. 5. vers. Item quia talis, vt lit. pend. in
4 antiq. & Rom. cons.499. in fin. Et executio ✝ capiat lite pendente intrusos, ad decis.Ægid.709. cum duabus sequentibus.

EPI-

EPITOME:

Intruso lite pendente non est danda cautio, l. is à quo, de rei vend.

SVMMARIVM.

1 *L. is à quo, de rei vend. quando, & quomodo locum sibi vendicet.*
2 *Executoriales capiunt intrusum lite pendente.*

DECISIO XX. aliàs 236.

CAutio, iuxtà l. is à quo, cum seq. ff. de rei vendic. non est danda intruso lite pendente, à quo vigore litterarum executorialium auocatur possessio. Primò, quia illius legis dispositio locum sibi vendicat, quando sunt plures competitores agentes contra possessorem, & vnus priùs quàm alius victoriam habuit, vt declarat Felyn. in c. cum super, col. 3. vers. limita tertiò, de re iud. & in c. veniens, de testib. & Ias. in l. à diuo Pio, §. si super, col. pen. ff. de re iud. ad l. pen. de pet. hæred. & sic non in terminis.
2 Secundò, quia ✝ cùm executoriales capiant lite pendente intrusos, idem est ac si sententia, & executoriales essent contra talem intrusum latæ, quo casu cessat cautio prædicta, nec possessor potest executionem impedire.

EPITOME.

Sententia absolutoria super petitorio ob non probationes actoris, non absorbet aliã sententiã super possessorio, in contrariũ latã, secus si lata sit propter probationis dominij.

DECISIO XXI. aliàs 3. lib. 2.

SEntentia, seu res iudicata super petitorio, etiam quòd sit absolutoria, licèt videatur absorbere aliam sententiam, & rem iudicatam contrariam super possessorio, ad not. per Abb. & Doct. in c. cum dilectus, & c. pastoralis, de caus. poss. & propr. Tamen, quia hoc procedit quando talis absolutoria fertur propter probationes dominij factas per obtinentem, & non quando ob non probationes actoris, vt per Alex. & Doct. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 4. de acqu. poss. & Doct. vbi supra, Domini in vna Romana hospitij leporis coram me fuerunt pro executione rei iudicatæ super spolio.

EPITOME.

Nullitas, etiam ex defectu iurisdictionis, contra tres sententias conformes opponi non potest; si constat de fundamento iurisdictionis, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres conformes executioni mandantur, non obstante nullitate opposita defectus iurisdictionis, si de eius fundamento constat.*
2 *Extremis verificatis media præsumuntur.*

DECISIO XXII. aliàs 6. lib. 2.

* Facit sup. eo.tit dec.1.

TRes sententiæ * conformes, contra quas dari de nullitate non potest, ad clem. vt calumnijs, de re iud. nisi ex defectu iurisdictionis, ad gl. vlt. in clem. vnica, de sequestr. poss. & fruct. & Doct. ibi, & in d.clem. vt calumnijs. Imol. in l. si expressim, de appell. & latè Alex. in cons.77.nu.8. lib.2. Quando tamen constat de fundamento iurisdictionis, puta de cômissione causæ tali iudici tertiam sententiam proferenti facta, licèt non constet de præsentatione commissionis, secundùm Dominos in vna Vlix-
1 bonen. pecuniaria, coram me, debent tali † exceptione, carentiæ, scilicet, iurisdictionis, non obstante, exequi, vt, cùm de principio iurisdictionis, & sententia per eundem, cui causa erat commissa constet, & sic veri-
2 ficatis † extremis, media præsumantur, arg.not.in l.siue possidetis, C.de probat.Bart.in l.Celsus, pen. col. vers.alio modo, de vsucap. & Bald. in l. testium, C.de testib. vers. quærit hic Cyn. [melius per decis.11. de iurep. in nou.] etiam quòd lata esset parte absente, non obstante decis.301. al.9. de probatio.in nou. & quod notat Innoc. & Abb.in c.cû in iure, circa med. de off. deleg. quia nec in tribus sententijs loquuntur, nec quando de fundamento iurisdictionis apparebat.

EPITOME.

Executorialibus ad instantiam defuncti intimatis, potest ad surrogati instantiam deueniri ad declaratoriam.

DECISIO XXIII. aliàs 36. lib. 2.

* Mohed. d. 2.hoc tit.Io. Paul. d. 17. Gomes. qui harum decis. meminit in côpen. sign. fol. 168. & 169 in paruis: vers. & secundû hoc.

EXecutorialibus personaliter intimatis * in partibus, mortuo habente rem iudicatam, potest ad instantiam surrogati quò ad prosecutionê, citato procuratore in Curia, (ad decis.11.vt lit.pend. in nou.) procedi ad declaratoriam. secundùm Dominos in vna Abulen. simplicis beneficij coram me. Quia, licèt quando de censuris agitur, personalis fieri debeat certificatio, tamen, cùm vigore executorialium quis excommunicetur, & non subrogationis, satis sit executoriales fuisse personaliter intimatas.

Alias decis. ad hunc titulum facien. habes de foro comp. decis. 2. infra de appellat. decis. 4.

DE APPELLATIONIBVS.

EPITOME.

Commissio causæ appellationis existens in banco Cursorum, excusat à desertione.

SVMMARIVM.

1 *Appellat. prosequi dicitur, qui commissionem impetrauit.*

DECISIO I. aliàs 25.

TEmpus decem dierum, quod damus, quando deferimus appellationi, damus ad prosequendum, per c.cum sit, de appell. & decis. Rot. vlt. eo.tit.

eo.tit.in nouis. Et ideo, licèt commissio causæ appellationis non sit præsentata infra illud tempus, si tamen probatur ante elapsum dictum tempus * fuisse in banco Cursorum, satis dicitur prosequi causam, ex quo iam erat impetrata, & per impetrationem dicitur prosequi causam, ad not. per Doct. in c. personas, de appellat. & ita determinarũt Domini in vna Rom. fideiussionis inter illos de Centurionibus, & Benedictũ de Sanctis.

* Vide Fastol. dub 37. Cassad. d. 6. hoc tit. & infra eo. tit. d. 8.

E P I T O M E.

Appellans cui datur terminus iuris, & facit committi causam, si non redeat pro apostolis, appellatio non ob id dicitur deserta.

S V M M A R I V M.

1 *Appellanti cui Iudex dedit terminum iuris, debent dari reuerentiales.*
2 *Commissio facta pendente termino iuris, appellanti dato, valet.*
3 *Appellationi renunciare videtur, qui non redit pro apostolis.*
Appellans tenetur bis redire pro apostolis.

DECISIO II. aliàs 65.

1 Appellanti * † à sententia diffinitiua Iudex in partibus dederat terminum iuris, interim appellans fecit causam committi, nec amplius pro apostolis redijt: Dubitatum fuit de desertione, & maior pars Dominorum fuit pro non desertione, ex quo cùm debeant de iure dari reuerentiales, lex defert appellationi: Et ideo Rota tenet, quòd commis-
2 sio † interim facta valeat, ad decis. 734. al. 54. de appell. in antiq. Ego tamen fui in contrario voto, quia licèt possit interim causam prosequi & sic facere committi, si tamen pro apostolis non redijt, videtur appellationi renunciare, ad c. ab eo, & ibi Franc. de appell. & clem. quamuis, eo. tit. Bene facit decis. Ægid. 343. & decis. 406. al. 57. de appell. in nou. quæ vult,
3 quòd quis non teneatur nisi bis redire † pro apostolis, ergo semel non est dubium quòd tenetur.

* Vide Gassad. d. 8. hoc tit. Caputaq. dec. 38. lib. 1. impress. vbi huius decis. meminit.

E P I T O M E.

Appellatus extraiudicialiter per assertum procuratorem, si, docto de absentia appellantis, procedat in causa per edictum, reportabit tantùm absolutoriam sine expensis.

DECISIO III. aliàs 90.

Si appellatus extraiudicialiter per assertum procuratorem veniat ad Curiam, vbi reperiat commissionem dictæ appellationis ex parte appellantis, docto de absentia illius, procedendo per audientiam contradictarum, debet habere absolutoriam tantùm, non autem cõdemnatoriam expensarum, ex quo non constat de mandato ad appellandum, nec quòd verè ille, cuius nomine est appellatum, fecerit causam committi: posset enim appellatus hoc in fraudem fecisse. Et hoc in vna Leodien. parochialis coram me.

EPI-

EPITOME.

Appellante intra biennium ad prosequendum appellationem mortuo, appellato nõ dantur executoriales, etiam contra intrusum lite pendente se opponentem, sed sequestratur possessio, & intrusus auditur.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia non currunt mortuo.*
2 *Successio in beneficialibus prohibita est.*
3 *Appellante mortuo, causa potest prosequi contra interesse putantes.*

DECISIO IV. aliàs 111.

1 QVia fatalia † non currunt mortuo, ad l.vlt. C. si pend. appell. mors inter. Domini in vna Illerden. corã D. Petro, fuerunt in voto, quòd
2 licèt in beneficialibus prohibita † sit successio, ad c.si hi contra quos, vt lit.pend. in 6. Tamen stante præcedenti ratione, si appellans mortuus sit
3 intra biennium, licèt quis tunc possit causam prosequi contra † interesse putantes, & illos citare ad docendum de prosecutione appellationis, & videndum decerni executoriales, &c. tamen contra certum, licèt intrusum lite pendente, hoc non potest facere, illo opponente, quòd executoriales non decernantur, attento quod contra mortuum non sunt lapsa fatalia, nec contra ipsum, qui non erat in causa. Ideo Domini fuerũt, quòd ex officio possessio istius vt attentata sequestraretur, & admitteretur ad allegandum, & producendum, & probandum ius suum in causa.

EPITOME.

Appellatur, etiam in possessorio à fructuum condemnatione.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum condemnatio est accessoria ad possessionem.*
2 *Appellatio tenet quò ad fructuũ cõdẽnationẽ propter præiudiciũ irreparabile.*

DECISIO V. aliàs 120.

* Vide Menoch. de recup. poss. remed 9. q 49. nu 321. vbi cæteros alleg.

1 DOctrina Salyc. *in l.1.C.si de momentan.possess. fuerit appellatum, quæ vult, quòd à sententia † lata super possessorio, quæ tamen contineat fructuum condemnationẽ, appellari possit propter connexitatem, & quia præiudicium circa fructus est irreparabile per sententiam super petitorio, fuit communiter damnata per Dominos in vna Rauennaten. coram D. Pisaurense. quia Bald. quem allegat Salyc. hoc non dicit, sed tantùm à fructibus vel interesse appellari posse, & ita debet intelligi Socin. illum allegans in reg. 18. in vlt. fallen. Item falsa est ratio sua, quòd diuidi non possint. Et ideo licet aliqui fuerint, quòd ex quo condemna-
2 tio fructuum † est accessoria ad possessionem, sequatur eius naturam, ad Bart. in l.vlt.C.per quas pers.nob.acquir. ad Card. in clem.2.de præbend. Tamen maior pars fuit, quòd saltem quò ad fructuum condemnationem, pro-

propter præiudicium non reparabile, teneat appellatio. Quod reperi tenere modernum Rip. in c. sæpe, col. vlt. de rest. spol. pro quo facit quod notat Abb. in c. pastoralis, §. verum, col. pen. num. 17. in fin. de appell. Et quod notat Felyn. in c. debitores, col. 2. vers. in glo. 1. de iure iuran.

E P I T O M E.

Appellare licet viua voce à sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, quia non est merè interlocutoria, sed mixta.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij non est merè interlocutoria, sed potiùs mixta. & num. 4.*

2 *Sent. absolut. ab obser. iud. habet vim diffinitiuæ.*

3 *Interlocutoria dicitur, quæ datur inter principium, & finem, & quæ expectat post se diffinitiuam.*

5 *Cap. cordi de appell. non extendendum ad sententiam habentem mixturam cum diffinitiua.*

6 *Ab interlocutoria mixta appellatur viua voce.*

D E C I S I O VI. aliàs 132.

1 Sententia † absolutoria * ab obseruatione iudicij ob ineptitudinem libelli, licèt secundùm Bart. in l. Titia, ff. de accus. & Doct. in l. properandum, §. & si quidem, C. de iud. sit interlocutoria, tamen quia est
2 talis, quæ habet vim † diffinitiuæ, ad decis. 13. al. 1. vt lit. pend. in nou. & latè per Felyn. in rubr. de re iud. num. 16. & quando propter libellum malè conceptum, vt per Abb. in c. ad dissoluendum, in p. not. de sponsat. impub. (licèt contrarium in hoc dicat Aret. in cons. 119. incip. in præsenti, & in c. examinata, in fi. de iud. vt refert Felyn. vbi supra,) & etiam quia
3 propriè interlocutoria † dicitur, quæ datur inter principium, & finem causæ, ad glo. in clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. Item & quæ expectat post se aliam diffinitiuam, ad not. per Doct. in rubr. ff. de re iud. & ideo, quia ista non est talis, immò diffinit illud, & absoluit, satis videtur in hoc de diffinitiua participare, ad not. per Bart. in l. Iulianus, in fin. col. 9. de cond. indeb. Domini in vna Gebennen. Prati coram D. Ludouico fue-
4 runt, quòd magis sit mixta, † quàm merè interlocutoria, Et ideo fuerunt pro validitate appellationis interpositæ à dicta sententia viua voce, non
5 obstante c. cordi, † de appell. in 6. quia loquitur in merè interlocutoria, & ad habentem mixturam cum diffinitiua, non debet extendi, ad not. per Alex. in l. Imperium, col. 3. de iurisd. omn. iud. Et licèt contrarium videatur tenere Rota d. decis. 13. & Ægid. decis. 335. dicat Curiam ita seruare,
6 tamen, quòd ab ea † liceat appellare viua voce, tenet Abb. in d. c. ad dissoluendum, & quia cùm habeat vim diffinitiuæ, omnia circa modum, & formam appellationis habere debent locum in ea. Philipp. Franc. in c. vt debitus, col. 9. de appell. & Ant. de Butr. in c. cum cessante, in 2. col. eo. tit.

* Vide Couarr. li. 1. var. resol. c. 1. n. 8.

tit. Matthesil. not. 39. & in specie, quòd tunc liceat appellare viua voce, tenet Angel. Aret. in l. 1. §. libelli, ff. de appellat. & in l. eius qui ideo, de appell. recipien. vbi allegat plures Rotæ decisiones, quæ tamen videntur contrarium tenere. Fuit tamen tentum dictam sententiam esse iniustam, quia licèt narrando se hæredem esse, malè concluderet se debere poni in possessionem, quia priùs debebat petere se declarari hæredem, tamen propter clausulam, quæ reperiebatur in libello apposita, scilicet, (petens super his sibi ius, * & iustitiam ministrari,) poterat, & benè, saluari, ad not. per Abb. & Doct. in c. cum dilectus, de ordin. cognit. per Bart. in extrauag. ad reprimend. vers. figura. Alex. in cons. 42. vol. 4. & Fely. in c. licet Hely. in fin. de Symo.

* Vide Roland. a Valle cons. 41. nu. 26. & seq. lib. 3.

E P I T O M E.

Procuratore negligente in prosequendo appellationem, etiam quòd soluendo non fuerit, & pro diligenti reputetur si dolus non probatur, appellatio deseritur, & dominus non restituitur.

S V M M A R I V M.

1 *Negligentia procuratoris nocet domino, etiam si non fuerit soluendo.*
2 *Appellatio si dolo tertij non prosequatur, principalis restituitur.*
3 *Lites vt plurimum fiunt per procuratorem in Rom. Curia.*
4 *Procurator si sit negligens, domino est imputandum.*
5 *Procurator negligens electus, si communi opinione reputatur diligens, dominus videtur excusandus.*

DECISIO VII. alias 12. lib. 2.

PRocuratore negligente * in prosequendo appellationem, etiam quòd soluendo non fuerit, si dolus non probatur, appellatio deseritur, ita vt domino non succurratur, etiam per viam restitutionis in integrum, secundùm Dominos in vna Vercellen. castrorum coram me, secuti magis veram, & communem opinionem, de qua per glo. in c. cum olim, ver. iudices, per illum tex. de caus. poss. & propr. & per Abb. ibi, post Innoc. col. 2. vers. oppono, & per glo. in ver. restituimus, circa finem, in c. cum venissent, de in integr. restit. & ibi Abb. col. 5. vers. secundò principaliter, per Bart. in l. 1. §. si procurator, ff. si quis iusdicent. non obtemper. iunctis dictis per eum in l. 1. in fin. quand. appell. sit, dum ibi dicit notari per eum
1 in d. §. si procurator, videlicet, quòd negligentia † procuratoris nocet domino, locum habere, etiã quòd procurator non fuerit soluendo, per Bald. in authen. hodie. C. de appell. per Doct. in c. 1. vt lit. non contest. & Rotam decis. 27. de appell. in antiq. & colligitur ex notatis per glo. in ver. impo-
2 tentiam, in c. ex ratione, & ibi per omnes, de appellat. dum principali † concedunt restitutionem in integrum, quando dolo tertij non fuerit pro-
3 secutus. Et tantò magis in Romana Curia, vbi ferè semper † litigatur per procuratores, & super beneficialibus, in quibus procurator non est soluendo, Abb. in d. c. cum olim, quia aliàs hic nunquam esset dare desertionem,

*Facit Cassad. dec. 5. de appel. Vestr. in sua pract. li. 7. c. 3. n. 24

4 tionem, * ideò domino † est imputandum, qui negligentem sibi procuratorem elegit, ad l. cum mandato, ff. de minorib. etiam quòd à parte aduersa allegaretur procuratorem illum, qui negligentiam commisit, communi † reputatione haberi pro diligenti, & ex hoc capite dominũ excusandum, ad not. per Abb. in d.c.1. vt lit. non contest. vers. aduerte quia Bart. quia à Dominis non fuit exaudita, tum quia omnes principales in Curia similia allegarent, nec desertio vnquam locum haberet, tum quia verè dictus procurator à Dominis cognitus, incuriosus potius, ac deses reputatus fuit. * Idem Cassad. decis. 5. hoc tit.

5

E P I T O M E.

Commissionem causæ appellationis fuisse in banco Cursorum infra decem dies sufficit, vt causa non dicatur deserta.

S V M M A R I V M.

1 *Rota quandoque rotat.*
2 *Pro non desertione in dubio est iudicandum.*
3 *Tempus decem dierum datur ad inchoandũ, non ad finiendũ prosecutionem.*
4 *Appellanti extra Curiam sufficit arripere iter infra terminum datum ad prosequendum appellationem, secus in Curia.*
5 *Appellanti in Curia sufficit facere diligentiam coram Regente Cancell. pro commissione signanda.*
6 *Appellatio dicitur prosequi per solam impetrationem rescripti.*
7 *Fastoli dub. 37. declaratur.*
Annus datur non solum ad inchoandũ, sed ad finiendum prosecutionem.
8 *Deserta pronuncianda est causa, si infra annum sola commissio impetratur, nec aliquid aliud sit actum.*

DECISIO VIII. alias 66. lib. 2.

Commissionem causæ * appellationis fuisse in banco Cursorum infra tempus decem dierum, qui dantur ad prosequendum, sufficere, licèt alias tenuerint Domini, vt supra decis. 1. hoc tit. tamen, quia vulgò dici solet, quòd Rota † aliquando rotat,* fuit de nouo, in vna Ascens. Vicariæ de Iuuenano, coram R. D. Aquense, de hoc dubitatum, quia in contrarium videbatur decisio Fastoli caus. 17. dub. 37. Omnes Domini fuerunt pro non desertione, † vt in casu dubio iudicari debet, ad not. per Paul. de Castr. in l. 1. col. 1. ff. si quis caut. Nec fine ratione, nam cùm tempus † prædictum datum ad prosequendum, assignetur, non ad prosecutionem finiendam, sed inchoandam, ad decis. 85. al. vlt. de appell. in nou. Ideo sufficit infra illud tempus inchoare, vel incipere, ad decis. 48. de appell. in antiq. & 25. eod. tit. in nou. Et ideo secundùm prædictas decisiones in appellationibus † extra Curiã, sufficit iter arripere, ad dec. 13. eo. tit. in nou. & dec. 20. eo. tit. in antiq. & dec. Ægid. 719. & tex. in c. cũ causã, vbi Abb. 3. not. de re iud. Et licèt in Curia aliquid vltra requiratur, tñ sufficit facere diligentiam † coram Regente Cancellariæ pro commissione signanda, vt in

1
2
3
4
5

* In eadẽ est dec. Io. Paul. 35.

* Idest variat, & mutat sententiã idẽ gl. in prohẽ. reg Cancell. cuius rei rationẽ reddit Cassad. d. 9. n. 15. de concess. præb. & de materia huius decis. vide Cassad. d. 4. & 6. hoc tit. prac. Vestrij c. vlt. n. 5. & 6 & ibi adden.

vt in præallegatis decis. & not. per Felyn. & Dec. in c.personas, de appellat. ergo tantò magis quando est signata. Et quod per solam impetra-
6 tionem † rescripti appellationis dicatur quis appellationem prosequi, dicit textus in c.ex parte, & in c.dilectus, el 2. vbi Abb. in 3. notab. de rescript. & est in proprijs terminis decis. Ægid. 259. Et decis. Fastoli, pro parte contraria superiùs allegata, loquitur de prosecutione appellationis facta per impetrationem commissionis infra annum, quod tempus an-
7 ni † non datur tantùm ad inchoandum, sed etiam ad finiendum prosecutionem, iuxtà clem. sicut, de appell. Ideo secundùm Dominos, dicta decis. non obstante, sola commissionis impetratione facta in fine anni, transacto
8 anno, † debet pronunciari causam fuisse desertam, quia in causa non est processum, nam si vltra commissionem infra annum fuisset in causa processum, non fuisset appellatio deserta, quia daretur secundum fatale, ad c. cum sit Romana, eod. tit. secundùm interpretationem Rotæ.

EPITOME.

Appellato præueniente appellan. iuxta c. oblatæ, de app. processus non est nullus ipso iure, sed ope exceptionis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, non aliquatenus, importat idem quod nullatenus.*

DECISIO IX. aliàs 45. lib. 2.

PRocessus, licèt non sit ipso iure nullus, sed tantùm ope exceptionis, quando iuxta terminos c. oblatæ, de appellat. appellatus præuenit appellantem, vt supra decis. 72. al. 4. de rescript. Si tamen appellans iam iter arripuerit ad Curiam ante citationem, vel notitiam rescripti, erit tunc processus nullus etiam ex defectu iurisdictionis, secundùm Dominos in vna Vlixbonen. pecuniaria coram me, ad c. meminimus, eod. tit. & ibi Abb. primo, 2. & 3. not. dum de suspensione iurisdictionis, & facultate iudicandi sublata, loquitur. Et quia d.c. meminimus, alloquitur iudicem, & cùm in secunda parte dicat, quòd non est aliquatenus procedendum, tollit facultatem procedendi, ita vt aliàs sit nullus processus, ac si cū decreto esset prohibitum, propter dictionem, non est aliquatenus, * quæ idem importat, quòd nullatenus, vt videtur sentire Dec. ibi, col. 2. vers. secundo facit tex. dum allegat clem. 1. cum glos. de sequestr. poss. & fruct. & glo. in auth. si qua mulier, C. ad Velleian. & notatur per Felyn. in c. ex parte, col. pen. vers. quintus casus de constit.

*Facit Paris. cōs. 58. n. 34. lib. 4.

Alias decis. ad hunc tit. facien. habes sup. de rescrip. dec. 4. de off. deleg. dec. 3.

DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

EPITOME.

Confirmatio donationis feudi aliàs inualidæ, intelligitur, aliàs, quam ex defectu consensu Domini.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Dominus, & possessor, idem sunt, in certis casibus.*
2 *Feudatarius sine consensu Domini donare non potest.*
3 *Aliàs, dictio, quid importet, in casu de quo hic.*

DECISIO I. aliàs 31.

REx Franciæ tunc Dominus Ducatus Mediolani, idest, possessor, quod
1 † sufficit, ad c. querelam, extra de elect. & in c. consultationibus, de iurepatr. confirmauit quandam donationem per feudatarium de quodam
2 Castro Placentino sine eius consensu, & sic † nulliter, factã, ad c. 1. §. donare, qualiter olim feud. alien. pot. & dicebat alienationem prædictam
3 aliàs † validam, quod intelligitur de valida, aliàs quàm ex defectu ipsius consensus, ad l. cùm propter, de leg. præstand. Et ideo, licèt nullam ex defectu consensus Domini, eius confirmatio validauit, secundùm omnes, * ad cons. 88. Gemin. col. penult.

* Facit dec. 7. infra de iurepatron.

Alias decisiones ad hunc tit. facien. habes. de arbitr. dec. 1. & de pactis dec. 1.

DE PRAEBENDIS.

DECISIO I. aliàs 10.

Hæc decis. posita est supra in tit. de consuetudine, decis. 1. vbi melius cadit.

EPITOME.

Acceptatio facta de beneficio vacante in mense Ordinarij habentis alternatiuam, non validatur, quamuis Ordinarius non prouideat de beneficio acceptato.

DECISIO II. aliàs 74.

ILlud, quod aliàs tenuit Rota, vt testatur Felyn. in c. cum ex officij, vlt. col. vers. quid autem si Episcopus, de præscript. quòd scilicet acceptatio facta de beneficio vacante in mense Ordinarij habentis alternatiuam, non conualidetur Ordinario postea non conferente, propter decretum: Est tentum etiam hoc anno per omnes Dominos, me excepto, in vna Zamoren. Prioratus coram Domino Pisaurien.

EPITOME.

Preces primariæ concessæ Imperatori non habent locum in Italia.

DECISIO III. aliàs 88.

PRimariæ preces concessæ à Pontifice Imperatori in terris Romano Imperio subiectis, ex stylo, & consuetudine concedentis, non habent locum in Italia, nec in Ducatu Mediolañ, vt Domini voluerunt in vna Nouarieñ Canonicatus, & præbendæ Sancti Gaudentij coram D. Aragonia.

EPI-

EPITOME.

Commenda Papæ, siue de vacante, siue de obtento in titulum, inducit reseruationem.

DECISIO IV. aliàs 101.

* Vide Simonet.de reserua.q.59.Put. dec.158.li.1.

COmmenda Papæ * inducit reseruationem, non tantùm quando est de beneficio vacante, sed etiam quando Papa alicui dat facultatem retinendi in commendam beneficium, quod in titulū obtinebat, ad vulg. cons. Roman. 350. secundùm Dominos in vna Gerunden. commendæ coram me.

EPITOME.

Familiaris Auditoris Rotæ euntis cum Cardinali Legato, nō dicitur familiaris Cardinalis, licèt comedat cum eius familiaribus.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas quomodo contrahatur.*

DECISIO V. aliàs 106.

* Vide Gomes.sup reg. de impetr. ben.per obit. fam.Card. q. 14. Sim.de reser.q.35.n.u.

FAmiliaris * Auditoris Rotæ euntis cum Cardinali Legato, non dicitur familiaris Cardinalis, etiam mediatè, licèt in Tinello comedat
1 cum alijs familiaribus Cardinalis: nam non solùm ✝ commensalitate fit familiaris, sed animo, quòd ipse velit Cardinali famulari, & Cardinalis eum pro familiari habeat, & teneat, quod non est in casu nostro, quia nec Auditor est familiaris Cardinalis, vt eius familiaris possit dici mediatus familiaris Cardinalis, nec illi Cardinali, sed Auditori famulatur, & ita Domini tenuerunt, vno excepto, in vna N. coram D. Paulo.

EPITOME.

Commenda præsumpta inducit reseruationem.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio beneficij non inducitur contra possessorē per cōiecturas, fallit n. 3.*
2 *Titulus ex possessione dicitur præsumptus.*
3 *Possessor quando potius præsumatur habere in cōmendam, quàm in titulum.*
4 *Commenda ex quibus præsumpta ad effectum reseruationis.*

DECISIO VI. aliàs 107.

1 COntra possessorem ✝ licèt non debeat induci reseruatio beneficij per coniecturas, & præsumptiones, ad decis. Aegid. 612. Tamen si pos-
2 sessor ✝ non docet de titulo antecessoris, sed solùm fundans se in allegatione Lapi, dicit se non teneri, ex quo de eo præsumitur ex possessione, quia tunc omninò titulus est præsumptus: Domini voluerunt, quòd si
3 tunc sint præsumptiones, quòd potius in commendam ✝ haberet, quàm in titulum, quòd inducatur reseruatio, ad consil. Rom. 350. Et quia coram

ram

4 ram me in vna Gerunden. Cameraria constabat,† quòd defunctus vocabat se commendatarium, & ab alijs vocabatur, & etiam erat vna dispensatio Papæ, vbi defunctus asserens se commendatarium, obtinuit dispensari posse aliud beneficium retinere, & vnum ex eis in commendam, quod maluerit, ideo &c.

EPITOME.

Collationem mutans tenetur probare, quòd intra tres dies extendi fecit consensum in Cancellaria.

SVMMARIVM.

1 *Regula de mutantibus collationes quomodo intellecta.*
2 *Mutanti collationem incumbit onus probandi, quòd infra triduum fecerit in Camera adnotari consensum.*
3 *Mandatum de prouidendo ad vacatura, comprehendit etiam vacantia, fallit vt hic.*

DECISIO VII. aliàs 123.

1 Regula, quæ propter fraudes mutantium collationes, vult, quòd mutatio † non suffragetur, nisi à die præstiti consensus, & quòd consensum in Cancellaria, infra triduum adnotari facere teneatur, fuit per Dominos declarata, in vna Barchinonen. coram D. Paulo, quod propter ra-
2 tionem regulæ, ipse mutans † teneatur verificare, quòd infra triduũ fuerit adnotatio in libro facta. Facit quod de appellante dicitur per Doct. in c. Romana, §. si verò, de appellat. Item quòd satis possit fraus coniecturari, non tantùm quando mutatio est facta post scientiam vacationis beneficij, sed etiam si possibilis non fuerit scientia mortis, quia saltẽ po-
3 tuit sciuisse infirmitatem. Et quòd licèt aliàs mandatum † de prouidendo de vacaturo comprehendat etiam vacantia, ad not. in clem. 1. §. secus, in ver. notitia, de concess. præbend. & in c. si postquam, de præben. in 6. Tamen in casu regulæ, propter mentem concedentis, ad ibi not. non venient nisi, quæ in futurum post præstitum consensum vacare contigerit, ne præiudicetur expectantibus, quòd vacans ante bienniuni, post præstitum consensum, ampliùs acceptare non valeret.

EPITOME.

Gratia est surreptitia, quando Papæ exprimitur falsum, quo Papa reddatur facilior ad concedendum.

SVMMARIVM.

1 *Papa præsumitur scire iura, & regulas. declara num. 4.*
2 *Ignorantia in casu proprio non præsumitur.*
3 *Gratia concessa ab habente facultatem iuxta formam alterius gratiæ, quæ nulla sit, valet, declara vt num. 5.*
5 *Papa, propter multitudinem negociorum, præsumitur oblitus eorum, quæ fecit dum erat Cardinalis.*
6 *Sententia, in qua dicitur, sequen. formam statutorum, si nulla sint statuta,*

K

tuta, vel non reperiantur, non valet.
7 *Subreptio datur etiam in causa impulsiua.*
8 *Aduocatio Fiscalis, & Consistorialis conceduntur tantùm Doctoribus, & prauio examine.*

DECISIO VIII. aliàs 139.

IVstinus Carosius fiscalis, & consistorialis Aduocatus obtinuit à Leone X. facultatem dicta duo officia resignandi in personam Tullij filij sui, & quòd ipso cedente, vel decedente, dictus Tullius admitteretur: quæ facultas, & etiam accessus Tullij fuerat reuocata per regulam Adriani disponen̄, quòd tollebat, & annullabat omnes facultates vendendi, & quomodolibet disponendi de officijs Romanæ Curiæ, & etiam accessus, & regressus ad ea. Superuenit quòd tempore Clementis Papæ VII. Iustinus, & Tullius narrantes, se iam habuisse dictam facultatem resignandi, quia intendebat dictus Iustinus iuxtà formam litterarum Leonis resignare, impetrauit, vt dignaretur eam admittere, & dicto Tullio conferre, quod factum fuit. Dubitabatur, coram D. Piccolomineo, de validitate dictæ resignationis, attento quòd Clementi narratum non fuerat litteras Leonis per Adrianum fuisse reuocatas, & sic nullas existere, quod tamen, se-
1 cundùm istos de Carosijs, non videbatur obstare, attento quòd Papa † præsumitur scire iura, & regulas in scrinio pectoris habere. Et tantò magis, quia ipsemet Clemens dictam regulam Adriani, vt Vicecancella-
2 rius tunc in minoribus, publicauerat, & in facto proprio † non est præsumenda ignorantia, ad l.vlt.ff.pro suo. Et dato quòd litteræ primæ Leonis essent nullæ, tamen secundùm eos, ex quo secunda gratia est concessa
3 ab † habente facultatem de nouo faciendi, licèt dicatur iuxtà formam litterarum Leonis, quæ nullæ sunt, tamen quia totus tenor est insertus, nec est necesse ad illas habere aliquam relationem, debet ista subsistere, ad c. Abbate, de verb.sign. & not.in l.admonendi, de iur.iur.c.quoniam Abbas, de off. deleg. In contrarium tamen faciebat, quia dato quòd præsumatur
4 Pontificem † regulas scire, tamen hoc procederet si regula haberet vires tempore Clementis, quia præsumitur scire ius, & sic regulas, sed cùm per mortem Adriani regula iam euanuerit, non potest dici de ea iam extincta, & annullata, Papam habere notitiam. Et licèt ipse publicauerit, dum
5 erat Cardinalis, tamen hoc est facti, † de quo Papa propter multitudinem negociorum præsumitur oblitus, c.1.de const.in 6. Præterea si propter scientiam præsumitur Papam voluisse derogare, nunquam hodie esset necessaria derogatio regularum, quod tamen falsum esse, quotidie practicamus. Item ad illud de dictione, iuxtà, procederet quando illud, ad quod refertur, non reperiretur, secus tamen si reperitur, & est alterius tenoris, ad Alex. cons.9.vol.5. & Dec.cons.63. & in d.c.quoniam Abbas, in fin. & in c.2.de rescrip. & idem si reperiretur esse nullius roboris, vel momenti, ad id quod notat Dec.in d.cons.63. num.6. dum allegat Bald. in c.
6 cum te, de re iud. loquentem de indicibus † indicantibus, & dicentibus, sequen-

sequentes formam statutorum, quæ tamen reperiantur non habere vires, quòd non valeat sententia, l. cum in testamento, de excus. tutor. Conclusiuè, quia secunda gratia erat ad partis supplicationem, & Papæ fuit narratum de dicta facultate per Leonem concessa, licèt etiam, & forsan sine illa Papa admisisset resignationem, prout quotidie facit de officijs, tamen quia negari non potest, quòd illa narratiua faciliùs mouit Papam ad con-
7 cedendum, licèt fuerit causa impulsiua, † negari non potest quin videatur gratia subreptitia, ex quo etiam in causa impulsiua datur subreptio, ad vulg. c. ex litteris, de rescript. Et quia forsan Papa non concessisset resignationem duarum Aduocationum in fauorem Tullij, adhuc ad gradum Doctoratus non promoti, cùm semper similia officia sint solita concedi
8 solùm Iuris vtriusque Doctoribus, & præuia disputatione publica, & rigoroso examine, vt in dies videmus. Ideo maior pars Dominorum fuit pro inualiditate secundæ gratiæ, & quòd D. Vespasiano de Cæsis possessori aduocationis Fiscalis, & D. Antonio Gabrielio possessori Consistorialis, daretur absolutoria.

EPITOME.

Noua prouisio Papæ, in qua narratur collatio facta à Vicario Episcopi, valet, licèt non probetur Vicariatus conferentis.

DECISIO IX. aliàs 154.

NOua prouisio obtenta à Papa, narrato quòd aliàs de facto per Vicarium Episcopi, licèt non ad eum, sed ad alium spectaret collatio, fuerat sibi prouisum, non dicitur subreptitia, si producatur collatio asserti Vicarij, licèt de eius facultate, vel Vicariatu aliàs non constet; secundùm Dominos in vna Vintimiliens. Prioratus, coram D. Aragonia, quia cùm fuerit expositum, quòd collatio de facto facta fuit, cùm spectaret ad alterius collationem, non fecit fundamentum Papa in Vicariatu, nec in eius facultate conferendi, cùm omninò præsupponeret non esse ad illius collationem, sed tantùm in noua prouisione de facto emanata, quod verificatum fuit.

* Facit dec. 1. supra de off. Vicar.

EPITOME.

Gratia pro absente subiacet subreptioni, sicut gratia præsentis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia pro absente quando dicatur subreptitia.*
2 *Taciturnitas, quando faciat gratiam subreptitiam, non obstante ignorantia impetrantis.*
3 *Surrogatio lite pendente in ius litigantis, ipso viuente, est gratia exorbitantissima.*

DECISIO X. aliàs 172.

1 GRatia impetrata pro absente, † eo tacito, quod si fuisset expressum, concessa non fuisset, vel difficilius, non videbatur posse dici subrepti-

tia, propter præsumptam ignorantiam, arg. c. gratia, de rescript. in 6. & videtur expressum in decis. 600. al. 74. incip. Vrbanus, de rescrip. in antiq. quæ licèt loquatur declarationem talem fuisse factam ad vitam illius Papæ, tamen per illam rationem, & decis. indistinctè, & simpliciter videtur idem tenere Felyn. recitando illam in c. super litteris, col. 5. de rescript. Nihilominus Domini in vna Mediolanen. Prioratus coram D. Piccolomineo dixerunt, Curiam hoc non seruare, propter fraudem, quæ fieri potest, & quia à communiter accidentibus hic non fiunt impetrationes per propriam personam, vnde semper quis volens tacere id, quod si expressisset, sciret, vel dubitaret gratiam sibi denegari, faceret illam per mediã personam impetrari, & postea reperi hoc idem ferè per eandem rationem tenere Gemin. recitando plenè alios in d. c. gratia, in princ. disputando, An illud capitulum loquens in principali ignorante, extendi debeat ad pro-
2 curatorem, subiungens etiam, quòd taciturnitas † facit gratiam subreptitiam, non obstante ignorantia impetrantis, quando ageretur de aliquo præiudicio alicuius, per c. constitutus, de rescript. vt erat in casu, in quo in Rota fuit dubitatum, quia erat gratia exorbitantissima, videlicet, sub-
3 rogatio † lite pendente in ius litigantis concessa durante vita illius in euentum mortis, ita vt induceret votum captandæ mortis.

EPITOME.

Expectatiua consumitur, si expectans, super beneficio acceptato, componendo, assequatur pensionem, etiam si probet beneficium non comprehendi in gratia sua, vel ad alium spectare.

DECISIO XI. aliàs 227.

Gratia expectatiua, licèt videatur debere consumi, quando, super beneficio acceptato, componendo, expectans pensionẽ accepit, si aliàs ipse probare posset sub gratia sua beneficium illud non comprehendi, vel ad alium spectasse, cùm hoc casu potius ex sua industria, quàm vigore dictæ gratiæ expectatiuæ quæsita sibi pensio videatur, arg. l. si hæres, ad l. Falcid. & quod notat Felyn. à contrario sensu in c. postulasti, num. 36. de rescrip. tamen Domini in vna Tullen. Canonicatus coram D. Ludouico, tenuerunt gratiam extingui, arg. c. ad audientiam, el 2. de rescrip. & quod ex illo dicit Io. Andr. in c. cum multis, eo. tit. in 6. & Rom. cons. 329. & decis. 13. de concess. præbend. in nouis.

EPITOME.

Cessionarius potest deducere ad speciem aliam acceptationem cedentis, qui sibi pensionem reseruauit, non autem eius, qui pensionem non reseruauit.

DECISIO XII. aliàs 242.

* In eadẽ Io. Paul. dec 27 & super alio pũcto Mohedan. decis 6. de fid. instr.

Toletana * Abbatiæ de Occanna, coram D. Marescotto, Alphonsus Villa real venerat ad causam, & produxerat suam acceptationẽ reductam ad speciem, ex Archiuio sub die 25. Aduersarius verò acceptauerat

rat die 23. postea Alphonsus cessit in Rodericum, reseruata sibi pensione, & Rodericus extraxit ab Archiuio aliam acceptationem Alphonsi sub eadem die 23. Domini dixerunt, quòd poterat, quia Alphonsus non habebatur pro mortuo, ex quo reseruauerat sibi pensionem in fructibus beneficij. Sed si non reseruasset sibi pensionem, & ante cessionem nullam reseruationem ad speciem istius beneficij deduxisset, & cessionarius vellet deducere ad speciem, & declarare animum Alphonsi, non possit. Sed si Alphonsus præsens declarasset, quòd volebat tale beneficium, bene cessionarius extrahere posset etiam aliam acceptationem alterius diei, ex quo Alphonsus iam declarauit, quòd volebat illud beneficium.

EPITOME.

Regula de Idiomate non habet locum in commenda.

DECISIO XIII. aliàs 60.*

Regula de Idiomate * non habet locum in commenda: ratio enim regulæ videtur fuisse, quia, cùm rector parochialis teneatur residere, debet intelligere Idioma, vt possit prædicare, & audire confessiones, & alia, ad quæ de iure tenetur: hoc autem cessat in commendatario, quia ipse potest deseruire per substitutum, qui intelligat: & secundùm hoc superfluum est videre, An regula prædicta sit fauorabilis, vel odiosa: quia quomodocunque sit, non debemus ex diuersitate rationis eam extendere. Et ita maior pars Dominorum tenuit hoc anno in causa Grassen. prioratus coram me.

* Simoneta dec. 98 al. 59 dicit sēper putasse, q̄ hæc regula non habeat locū in commenda, sed tamen nō potuisse obtinere, quia contrarium fuit decisum in Rota. Gomes. super hac reg. q. 5. dicit anno 1531. de mense Aprili vota fuisse diuisa, & nihil fuisse decisum: ipse tamen contra hanc decis. tenet.

EPITOME.

Prouisio facta illegitimo, cum quo fuit dispensatum, vt quæcunque, & qualiacunque beneficia habere possit, valet, non facta in ea mentione quòd Papa exciperet dignitates maiores, & principales.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio in qua narratur dispensatio, quando sit surreptitia.*
2 *Papa præsumitur habere notitiam de consuetis apponi, ideo si non apponantur non vitiant gratiam.*

DECISIO XIV. aliàs 1. lib. 2.

1 Prouisio, † in qua narratur dispensatio, licèt debeat dici nulla, & subreptitia, nisi de limitatione, quæ in dispensatione continetur, fiat mentio, ad not. in c. veniens, de præscrip. Tamen Domini in vna Placentin. decanatus coram me fuerunt pro validitate gratiæ, & prouisionis factæ naturali, idest illegitimo, in qua secum aliàs, vt quæcunque & qualiacunque beneficia obtinere valeret, dispensatum esse narrabatur, non facta mentione, nec narrato, quòd in ea exciperentur maiores, & principales digni-

tates: ex quo, secundùm eos, talis exceptio est consueta semper apponi,
2 vnde Papa + præsumitur de ea notitiam habere, nec isto casu limitationis, siue exceptionis mentionem fieri est necesse, vt per Felyn. in d.c. veniēs, col. 3. vers. & prædicta limitatio, post Rot. decis. 32. de rescrip. in nou.

EPITOME.

Gratia de beneficio vacante, cum clausula generali quouis modo & cæt. si in fine supplicationis, in qua narrabatur deuolutio ad Sedem Apostolicam, addatur per Datarium. (& de deuolutione detur dispositiuè,) si de ipsa deuolutione non doceatur, beneficium non capit.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apostolica, cum clausula generali, quando censeatur limitata.*
2 *Surreptitia dicitur gratia, quando principi narrantur ea, ex quibus faciliùs ad concedendum moueatur, quæ vera non sunt.*
3 *Deuolutio non cadit in reseruatis, nec negligentia Ordinarij.*
4 *Ordinarius habens indultum conferendi beneficia reseruata, post negligentiam temporis iuris communis, ea ampliùs conferre non potest.*

DECISIO XV. aliàs 17. lib. 2.

1 Gratia + Apostolica de beneficio vacante, cum clausula generali: quouis modo vacet, etiam si reseruatum, vel affectum, &c. si in fine supplicationis, in qua narrabatur deuolutio ad Sedem Apostolicam, addantur per Referendarium, vel Datarium hæc verba, (& de deuolutione detur dispositiuè,) dicitur, secundùm Dominos in vna Salamantin., & Ciuitaten. Parochialium coram D. Aragonia, restricta, & limitata, ita vt si de deuolutione non doceatur, etiam si beneficium sit reseruatum per supradictas clausulas, quis illud non capiat. Fuit enim narratum Papæ
2 id, quod faciliùs ipsum mouit ad concedendum, + quod vt subreptitium in gratiosis vitiat ipso iure, cùm de deuoluto detur cuipiam, & non de reseruato, & gratia passim de deuoluto concedatur, & signetur per habentem signaturã gratiæ. Quòd si de reseruato, relinquitur Signaturę manu Papæ, ideo non sine mysterio in supplicatione adduntur illa verba, ne quis beneficium aliàs reseruatum, quod per Pontificem consequi posse nõ sperat, sub falso prætextu, & narratiua deuolutionis capiat, aliàs autem dicta verba addere fuisset vanum, & frustratorium. Et ita aliàs quando in supplicatione sunt verba restrictiua ad deuolutionem reperitur Rotã tenuisse, vt per Cassad. decis. 5. de præbend. Et licèt Papa dederit de reseruato, & ex hoc videatur voluisse dare, etiam quòd non esset deuolutũ, cùm
3 + in reseruatis non possit cadere deuolutio, nec negligentia Ordinarij, qui stãte reseruatione non valet conferre, tamen poterat dicta verba ope-
4 rari, ne frustratoriè videantur apposita, quando Ordinarius + vigore indulti reseruata conferre posset, vt tunc post negligentiã ipsius post lapsum temporis iuris communis, ampliùs conferre nequeat, & ad Sedem Apostolicam collatio deuoluatur, vt etiam in vna alia causa reperiebatur Rotam

tam

tam aliàs tenuisse, vt similiter, idem Cassad. attestatur in alia sua decis. 8. hoc eo. tit. & pro hac decis. facit. Ægid. decis. 735. & decis. 14. de rescrip. in nouis.

EPITOME.

Prouisio in clausula gratificationis habens, quòd prouisus etiam acceptanti eadem die præferretur, non præfertur acceptationi eadem die cum certa hora factæ.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio vigore expectatiuæ, vel mandati, regulariter præfertur prouisioni Papæ concurrenti sub eadem data.*
2 *Anterioritas præsumitur ex certa hora in acceptatione posita.*
3 *Acceptanti ius quæritur ex acceptatione præsumpta anteriori, ob certam horam in ea appositam.*

DECISIO XVI. aliàs 40. lib. 2.

1 ACceptatio † vigore expectatiuæ, vel mandati, quæ regulariter præfertur prouisioni Papæ, concurren. sub eadem data, ad not. per Felyn. in c. capitulum, col. 19. n. 16. de rescript. si in prouisione, in clausula gratificationis, esset, quòd etiam acceptanti eadem die præferretur, stan-
2 te certa hora * in acceptatione, ex qua præsumeretur anterioritas † ad not. per Socin. in l. 1. sol. matr. etiam non obstante dicta clausula, secundùm Dominos in vna Seguntin. coram D. Raynaldo, non præferretur, vt dicta clausula tantùm in casu paritatis, & quando aliter de anterioritate non
3 constaret verè, vel præsumptiuè, operetur; facit, quia si acceptatio † anterior præsumitur, & ex ea statim acceptanti ius quæritur, præseruatur per clausulam in prouisionibus Papæ apponi solitam, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum.

* Facit dec. 4. supra de præsumpt.

EPITOME.

Subcollectorum exercentium tantùm, beneficia censentur reseruata.

DECISIO XVII. aliàs 47. lib. 2.

SVbcollectorum * vnicorum beneficia, licèt videantur reseruata per regulas, etiam quòd eorum officia aliter non exercuerint, ex stylo Curiæ, de quo per Rotam decis. 14. & seq. de præben. in antiq. & 12. eo. tit. in nou. & Felyn. in c. in nostra 21. correllario. de rescrip. Tamen Domini in vna Tricaricen. Abbatiæ coram me contrarium tenuerunt, moti propter verba modernarum regularum, quæ tantùm exercentium beneficia reseruant, dum dicunt; & vnicorum in quacunque ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint subcollectorum, &c.

* Vide Simonet. de reseruat. q. 33. nu. 12.

EPITOME.

Clausula, quòd acceptans reseruata beneficia teneatur infra sex menses &c. nõ est comminatoria tantùm, sed annullat acceptationem, & prouisionem.

SVMMARIVM.

1 *Acceptãs beneficia reseruata, quando teneatur prouisionẽ à Papa impetrare.*
2 *Defectus adimplementi non inducit nullitatem, quando lex est tantum comminatoria, secus quando lex vlteriùs etiam annullando actum procedit.*
3 *Verbum, alioquin, habet vim decreti, quod annullat actum ipso iure.*
Decretum annullat ipso iure.

DECISIO XVIII. aliàs 48. lib. 2.

Clausula multoties poni solita in mandatis ad vacatura, videlicet,
1 (quòd si reseruata beneficia acceptauerit, † teneatur infra sex menses à die acceptationis à Sede Apostolica nouam prouisionem impetrare, ac desuper litteras expedire, iuraq. Cameræ Apostolicæ soluere, alioquin acceptatio, & prouisio nullius sint roboris, vel momenti,) licèt secundùm aliquos, etiam ex Dominis, videatur comminatoria tantùm, ita vt de-
2 fectus † adimplementi non inducat nullitatem acceptationis, & prouisionis, ad not. per Innoc. Hostiens. & Compostell. in c. dudum, el 2. in verbo inualidam reputauimus, de elect. & Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de cleric. non resident. & decis. Rotæ vnicam, de condit. appos. in nou. & meliùs per Oldrad. cons. 165. Tamen maior pars Dominorum in vna Maioricen. parochialis coram D. Aragonia, tenuit contrarium, videlicet, prout decretum sonat, acceptationem, & prouisionem nullius esse roboris, vel momenti, ex quo lex non simpliciter mandauit aliquid fieri, sed vlteriùs processit annullando actum, arg. l. non dubium, & quod ibi not. per Doct. C. de legib. quæ quamuis dura, seruanda est, arg. l. prospexit, ff. qui,
3 & à quibus. Illa enim verba, alioquin &c. † habent vim decreti, quod annullat actum ipso iure, ad not. per Felyn. in c. cæterum, col. 24. nu. 19. ver. secunda restrictio si in secundis litteris, de rescript. ad quod facit etiã natura dictæ dictionis, alioquin, de qua per Bart. in l. 1. vers. quarto quæro, de cond. & demonstr. & Ias. instit. de action. §. in personam, in medio 2. col. nam si aliter diceremus, nullus vnquam litteras expediret, & Camera Apostolica, vel Officiales, inter quos iura Cameræ distribuuntur, essent defraudati. Et ita etiam alias tenuit Rota in vna Regien. coram D. Neocastren. in breui Iconomatus, vbi erat decretum, quòd litteras infra sex menses teneretur expedire, & iura Cameræ Apostolicæ soluere, alioquin gratia esset nulla. Ita etiam & aliàs in vna Hispalen. Scholastriæ coram supradicto D. Aragonia in breui capiendæ possessionis, cum hoc, quòd infra certum tempus litteras expedire, & iura Cameræ Apostolicæ soluere teneretur, alioquin Scholastria eo ipso vacare censeretur. *

* Et in Sabinen. pẽsionis coram Illustriss. D. Mantica 13. Iunij 1594. Rota declarauit nullam pensionem reseruatam, cum clàusula (vigore litterarum Apostolicarum desuper conficien nec anteà, aliàs pensio sit ipso iure nulla,) quia pensionarius ante litterarum expeditionem exegit. & idem antea declarauerat 2. Iunij 1592. in alia Veronen. pensionis coram R. P. D. Mellino.

EPI-

EPITOME.

Expectans, qui poteſt vigore primarum litterarum duo beneficia acceptare ad duorum collationem ſpectantia, etiam ſi alterum ſit curatum: ſi primæ litteræ per alias extendantur ad aliud beneficium curatum, vel ſine cura, poteſt duo beneficia, etiam curata in diuerſis diœceſibus acceptare, etiam ſi vnum cum penſione reſignauerit, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatione prima valida videtur conſumpta gratia expectatiua. & n.3.*
2 *Expectans quando poſſit curata in diuerſis diœceſibus acceptare.*
4 *Papa quando tacitè videatur cũ expectãte diſpẽſare ad duo beneficia curata.*
5 *Reſignatio cum reſeruatione penſionis idem operatur quod poſſeſſio.*
6 *Iure datoris reſoluto non reſoluitur ius acceptoris, quando interuenit conſenſus ſuperioris.*

DECISIO XIX. aliàs 53. lib. 2.

EXpectãs, qui poteſt acceptare duo beneficia ad duorum collationem, etiam ſi vnum ex eis curatum, &c. ſi primæ litteræ per alias extendantur, & amplientur ad aliud beneficiũ cum cura, vel ſine cura, ita quòd ipſe expectans aliud beneficium, etiam qualificatum, ad alterius collationem, acceptare valeat, ipſiq. executores de illo eidem prouidere poſſent, & deberent, etiam perinde ac ſi per priores litteras etiam de alio beneficio, vt præfertur, qualificato, ad tertiam collationem eidem expectanti mandatum eſſet prouideri, cum clauſula in fine ſecundarum litterarum, „ videlicet: Volumus autem quòd quàm primùm, tàm prædictarum, quàm „ præſentium litterarum vigore alicuius dignitatis, aut cum cura admini- „ ſtrationis, ſeu curati beneficij poſſeſſionem fueris pacificè aſſecutus, ſin- „ gulæ litteræ prædictæ, & proceſſus huiuſmodi, & inde ſecuta quæcunque, „ quò ad reliquum illi incõpatibile dumtaxat, ſint caſſæ, & irritæ, nulliusq. „ roboris, & momenti &c. ſi primò acceptauerit curatum vigore primæ gratiæ, ac deinde aliud etiam curatum acceptauerit vigore extenſionis, quod poſtea reſignauit, reſeruata ſibi penſione annua, &c. ac poſt prædictã ſententiam, & rem iudicatã, & executoriales, & executionem ſuper primo acceptato obtinuerit. Fuit dubitatum in vna Seguntin. parochialis de pratos rotundos coram D. Sarnen. An præiudicetur reſignatario per ſupradicta. Et licèt aliquibus videretur dicendum quòd ſic. tũ quia
1 per primam acceptationem † validã videbatur conſumpta gratia expectatiua, & quòd vlteriùs in alterius præiudicium variare non poſſit, ad not. per Gemin. & alios in c. cum in multis, de reſcript. in 6. & eundem Gemin. conſ. 103. Oldrad. conſ. 229. & Rom. conſ. 329. Rot. deciſ. 428. al. 13. de conceſſ. præben. in nou. tum etiam vigore illius vltimi decreti: ibi, Volumus autem &c. nam cùm primi beneficij curati acceptati poſſeſſionem fuerit aſſecutus, in alio poſtea acceptato illi incompatibili, videbatur gratiã, proceſſum, & acceptationem inde ſecutam, eſſe iudicandam nullam,

lam, & nullius roboris. Nihilominus maiori parti Dominorum visæ fuerunt magis iuridicæ partes resignatarij, præsupponendo, quòd vigore di-
2 ctarum ambarum gratiarum, poterat expectans † duo beneficia, etiam curata, in illis diuersis diœcesibus acceptare, & de illis sibi prouideri facere per illa verba supra narrata, ad aliud beneficium cum cura &c. cum sequentibus &c. Et ideo non obstare, quod supra dictum est, per primam
3 acceptationem gratiam consumptam, † cùm illud procederet, quando vnum tantùm curatum validè acceptare posset. Vnde, vel secundùm aliquos ex Dominis, vtrunque licitè retinere potuisset, si aliàs esset cum eo legitimè dispensatum, ad c. de multa, de præb. quia secundùm eos, dicta verba vltima decreti: Volumus autem &c. sunt verba solita apponi per Abbreuiatores, solùm ad tollendam difficultatem, ne Papa volens in extensione, quòd vltra vnum curatum vigore primæ expectatiuæ, aliud si-
4 mile, etiam cum cura consequi valeret, videretur cum expectante † tacitè dispensare ad vtrunque obtinendum, ad not. per Spec. tit. de dispens. §. pen. vers. quid si Papa, & Card. in clem. si Romanus, de præbend. post glo. in c. cum ecclesiasticæ, de excep. & Bart. in l. quidam consulebant, col. fin. de re iud. & Ias. in l. barbarius, ante fin. col. 4. cum seq. de off Prætor. Vel, secundùm alios ex Dominis, ex eo quòd ante possessionem primi acceptati iam secundo loco acceptatum resignauerat, reseruata etiam sibi certa annua pensione, dato quòd per illud vltimum decretum in vno tantùm incompatibili voluisset Papa gratiam sortiri certum effectum, vt per possessio-
5 nem illius: tamen illa resignatio, † maximè cum reseruatione pensionis, & sic cum effectu, debebat idem operari quod possessio, vt in similibus terminis dicit Præpos. Alex. in vsibus feud. tit. quid iuris si post alien. feud. vas feud. red. col. fin. in fi. vers. quæro, & arg. not. per Rom. d. cons. 329. & Doct. in d. c. cum in multis, de rescrip. in 6. & sic quòd expectans ampliùs ad primum acceptatum redire, nec illud consequi valeret, stante effectu consecuto in secundo &c. Vel & tertiò, secundùm cæteros Dominos, licèt ius expectantis in beneficio secundo loco acceptato, esset resolubile in certum euentum: videlicet assequendo pacificam possessionem alterius, Tamen resignando, prius ius illud resolubile in personam resignantis efficitur in persona resignatarij irresolubile, etiam eueniente casu resolutionis in resignante, vt latè supra decis. 227. al. 6. de renunc. benè facit, quod dici so-
6 let, quòd resoluto † iure datoris, non resoluitur ius acceptoris, quando interuenit consensus superioris, ad not. per Bald. in auth. si quas ruinas, col. 3. C. de sacrosanct. eccl. & cons. 333. vol. 5. per Alex. in addit. ad Bart. in l. lex vectigalis, ff. de pignorib. & supra decis. 184. al. 9. infra de priuileg. & indult. & sic factum postea per resignantem non debebat nocere tertio, & sic resignatario, c. mutare, de reg. iur. in 6. & l. nemo, eod. tit. & in simili per Castrens. cons. 195. visis, col. 3. lib. 2.

EPITOME.

Regula de octo mensibus, excipiens Cardinales, intelligitur tantùm de Cardinalibus ordinarijs collatoribus, non de Legatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cardinales Legati dicuntur superinducti, & accidentales.*
2 *Verbum, quodcunque, vti generale, omnia comprehendit, qua aliàs non comprehenderentur.*
3 *Repetitum verbum intelligitur cum ijsdem qualitatibus.*
4 *Regula de octo mensibus praiudicat Cardinalibus in ordinaria collatione.*
5 *Legati à iure non habent facultatẽ cõferendi beneficia generaliter reseruata.*
6 *Regula de octo mensibus est fauorabilis, volens prouidere pauperibus.*
7 *Collatio Legati est extraordinaria.*

DECISIO XX. aliàs 217.

Regula, quæ, vt Papa possit prouidere pauperibus clericis, & familiaribus Cardinaliũ, reseruat quæcunque beneficia spectãtia ad quãuis collationẽ, &c. quorũcunque collatorũ,&c. vacantia in octo mensibus, de quibus ibi, exceptis Cardinalibus, qbus Sanctitas sua præiudicare nõ intendit, Ita quòd in alijs quatuor mensibus Ordinarij liberè disponere valeant. Fuit dubitatũ corã D. Aragonia in vna Imoleñ Canonicatus & præbendæ: An intelligatur de Cardinalibus Ordinarijs collatoribus tantũ, vel etiã de
1 Legatis, † qui superinducti dicuntur, & accidentales, ad notata per Imol. Abb. & Card. in clem. 2. de off. ordin. & licèt pluribus rationibus videbatur dicendum, Legatum in exceptione comprehendi: vt, sicut regula dicen-
2 do, ad quorumcunque † collatorum, quamuis collationem comprehẽdit, generaliter tàm ordinariam, quàm extraordinariam, ad notata per glo. in clem. 1. verſ. quamuis, de re iud. in clem. 1. in ver. quodcunque, de vit. & hon. cler. per Felyn. in tract. quan. lit. Apost. noc. patron. col. 3. Ita, & exceptio ibi posita, ad vulg. l. nam quod liquidè, §. fin. de pen. leg. cum similibus. Secundo, quia in præfatione regulæ, dum dicit, quòd familiaribus Cardinalium prouidere intendit, non videtur considerare Cardinales vt Ordinarios, sed vt Cardinales, & propter eorum dignitatem. Ita, & in alijs
3 partibus regulæ, dum idem verbum repetitur, † videtur eodem modo cum eisdem qualitatibus capi, & intelligi, ad not. per Bart. in l. 1. de receptat. in l. 1. in fin. si fam. furt. fecis. dic. per Rom. cons. 180. His tamen non obstãtibus maior pars Dominorum fuit, intentionem Papæ fuisse, vt in ordina-
4 ria collatione † tantùm noluerit Cardinalibus præiudicare, aliàs enim generaliter intelligendo, etiam de Legatis, regulam in partibus Italiæ, & maximè in terris Pontifici immediatè subiectis, esset frustratoria, cùm in omnibus prouincijs adsint Legati, & quia in eisdẽ locis, in quibus Legati valent prouidere, sunt etiam Ordinarij. Vnde certum esset, quòd quãtùm ad Ordinarios, beneficia in dictis mensibus vacantia essent reseruata, & sic intelligendo exceptionem de Legatis Cardinalibus, Legatus de illis sic reseruatis generaliter per regulam posset prouidere, quod esset irregula-
5 re, & incongruum: quia † nec talem facultatem habent à iure, ad decis. 3. de off. legat. in nouis. post Feder. in tract. permut. in 2. q. & Philip. Franc. in

c. 1.

c.1.in 2.not.de off. de leg. lib.6. nec in superiori regula datur aliquibus facultas aliqua, nisi præseruatio, & aliàs vnum, & idem beneficium vacans esset reseruatum, & non esset reseruatũ, & sic vario iure censeretur: istud vltimum tantum videtur constare, quia in Ciuitate Bononiensi, in qua Ordinarius est Cardinalis, & adest etiam Legatus, idem beneficium quò ad Cardinalem Ordinarium non esset reseruatum, & quò ad Legatum sic, & idem in Parmen. si in exceptione non comprehenderetur, & licèt materia sit satis dubitabilis, Domini tamen in partem, de qua supra, inclinarunt, etiam postquam causa venit ad manus meas, me proponente, etiam cum voto D. Pisauriensis post reditum Curiæ; Intellexerunt enim regu-
6 lam † fauorabilem, * quia vult prouidere pauperibus, & cæt. & ita, vt Cardinales tantùm Ordinarij exciperentur, qui collationem habent fa-
7 uorabilem; & regularem, non autem Legati, † quorum collatio est extraordinaria, accidẽtalis, & superinducta, & ob id de ea Papa nõ cogitauerit.

* Prout est qualibet reseruatio generalis. vt post. alleg. Mandos. super reg.3. q. 9.num 3.

Alias decis. ad hunc titulum facien. alibi positas, habes, de priuileg. decis.1. de probatio.dec.12.de præsump.dec.6.de concess.præb.dec.4.de paroch.dec.2.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE.

EPITOME.

Resignatarijs duobus concurrentibus, prior in consensu, quamuis posterior in data, præfertur anteriori in data, posteriori in consensu.

SVMMARIVM.

1 *Resignanti licet pœnitere, antequam præstet consensum in Cancellaria.*
2 *Cõsensu præstito statim resignatio est perfecta, & ius resignatario quæritur.*
3 *Resignatario primo non acquiritur ius, re non integra, & sic consensu priùs alteri præstito.*

DECISIO I. alias 75.

SI quis resignauerit bis diuersis, & in vnaquaque resignatione consensum præstiterit, licèt sit dubium, quis præferri debeat, An anterior in data, cui est præstitus consensus postremò, vel ille, qui licèt in data sit posterior, tamen priùs habuit consensum; Et aliqui asserebant fuisse aliàs iudicatum pro anteriori in data, licèt regula Adriani statuat contrariũ, tamen nunc est reuocata per Clementem. Nihilominus in vna Giennen. Custodiæ, coram D. Camillo, Domini voluerunt anteriorem in cõsensu,* licèt in data posteriorem, præferendum, ex eo, quia cùm liceat pœnitere
1 † antequam præstetur consensus in Cancellaria, potuit resignans secundo loco resignare, quòd cum fecerit, & consensum super secunda præstite-
2 rit, statim † secunda resignatio est perfecta, & resignatarius secundus acquirit ius. Vnde quando secundo loco primæ resignationi consensit, res
3 non est integra, nec potest per illũ ius primo resignatario † acquiri, quia iam erat alteri secundo quæsitum, ad not. per Paul. de Castr. in simili in

* Et ità disponit regul. Cancell. 44. S.D.N. Clementis VIII.

cons.

conf. 195. visis his quæ narrantur col. 3. lib. 2.*quia tamen in litteris primę resignationis, Papa, vt communiter fit, attestabatur hodie resignasse; Domini dixerunt, quòd per vnam commissionem deberet aperiri via ad illas impugnandum, vt contra ipsas posset iudicari. Et in casu supradicto Domini tantò magis fuerunt contra priorem in data, ex eo quia tempore præstiti consensus, secundus resignatarius iam obierat, & per eius obitum erat de dicta custodia alteri prouisum. Imò, & iste qui veniebat per obitum, habuerat in Rota vnam sententiam contra dictum primum resignatarium, & postea fuerat præstitus consensus, & ita, vt supra, decisum fuit.

* Adde, quia primo cõsen su præstito iᵒ abdicatur a resignãte, ideo nõ hét, quid det, vel trãsferat per secundũ con sensum, quia dare non põt quod non habet.

E P I T O M E.

Expectatiua non propterea dicetur subreptitia, in qua nullam aliam habuisse narratur, si, quam antea habuerat, non fuit inuenta tempore secundæ, quamuis postea inueniat.

S V M M A R I V M.

1 *Sacchi tempore occultatio præsumitur.*

DECISIO II. aliâs 109.

Expectatiua concessa alicui, narrato quòd nullam aliam habuerat, valet: Nec dicitur subreptitia, secundùm Dominos in vna Monasterien. Canonicatus, & præbendæ coram D. Aragonia, licèt prohibetur solùm aliam habuisse, quam tamen tempore secundæ, facta sufficienti diligentia de reperiendo, inuenire non poterat, quia idem est non esse, & non apparere, ad vulga. iura. Et ideo ea postea reperta in plumbo, non tamen ad-
1 huc registrata, (quia propter ✝ sacchum * Vrbis erat præsumptio, quòd aliquis habens interesse eam occultasset,) Papa mandauit, quòd plumbum absciinderetur.

* Qui dicitur casus fortuitus Bal in l. in his in fi. principij, ff. sol. matr.

E P I T O M E.

Procuratori, etiam Layco, absentis, potest conferri beneficium.

DECISIO III. aliâs 127.

Procuratori layco, (in vna Pistorien. beneficij, coram D. Paulo) acceptanti beneficium, vt potest, (ad decis. 103. al. 10. de procur. & 417. al. 11. de rer. permut. in antiq. & not. per Doct. in c. decernimus, de iud.) fuerat facta collatio pro absente, & etiam ipsi absenti, de qua secunda, licèt non dubitaretur quòd valuit, ad c. si tibi absenti, de præb. in 6. Tamen fuit tentum, quòd etiam illa collatio facta in personam procuratoris valeret. ad not. per Abb. qui dicit esse commun. opin. in c. accedens, vers. sed quæro nunquid, de præbendis.

E P I T O M E.

Narrans aliquid Papæ, vt faciliùs obtineat gratiam magis qualificatam. quamuis etiam sine obtinuisset, debet illud probare, aliàs gratia dicitur subreptitia.

DECI-

DECISIO IV. aliàs 143.

EXpectatiuæ, licèt passim petentibus concedantur tempore concessionis generalis earum, si tamen aliquis ad habendum vberiorem gratiam, vtpote sine clausula acceptandi, vel cum prouisione ex tunc, prout ex nunc, narrauerit Papæ se receptum in Canonicum per Capitulum, & Canonicos, debet receptionem verificare, & probare, quia aliàs gratia esset subreptitia, secundùm Dominos in vna Lauden. coram D. Io. Maria: quia etiam si illud Papæ non fuisset expressum, Papa concessisset expectatiuam, tamen non cum illis clausulis, sed simpliciter, & in forma consueta. Vnde, quoniam ad habendam gratiam magis qualificatam, est expressum illud, quod faciliùs mouit Papam ad concedendum, est subreptitia, ad decis. 703. al. 61. de concess. præben. in antiq.

EPITOME.

Gratia de vacaturo, etiam quomodocunque, & qualitercunque reseruata, de consensu Cardinalis Legati, non capit beneficium, quod vacat per obitum familiaris eiusdem Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Papa nunquam intelligitur tertio velle præiudicare, nisi expressè dicat.*
2 *Qualitas sine subiecto esse non potest.*
Remissoria datur in secunda instantia ad proban. familiaritatem.

DECISIO V. aliàs 144.

GRatia de vacaturo, etiam quomodocunque, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruato, cum consensu Cardinalis Legati Auinionen. habentis indultum conferendi etiam reseruata, non comprehendit beneficium vacans per obitum familiaris eiusdem Cardinalis: non virtute regulæ reseruantis beneficia vacantia per obitum familiariũ Cardinalium, quia gratia est ad qualitercunque reseruata: sed virtute alterius regulæ, quæ vult impetrantem debere exprimere nomen, cognomen, & titulum Cardinalis. Item quòd eius consensus requiratur. Et licèt regula loquatur de vacante, nec deberet habere locum in vacaturo, cùm tunc impossibile videatur exprimere nomen, & titulum Cardinalis, cùm ignoretur, ex quo adhuc non venit vacatio, tamen cùm, si ista gratia de vacaturo concessa non fuisset, & vacasset beneficium familiaris alicuius Cardinalis, certum est quòd ille deberet præstare consensum prouisioni faciendæ, vel factæ, aliàs prouisio non valeret propter dictam regulam, ergo si teneremus dictam gratiam comprehendere beneficia familiarium Cardinalium, ita vt eorum consensus non requiratur, hoc esset in præiudicium Cardinalium, quod non est dicendum, quia nunquam intelligitur Papam
1 ✝ velle tertio præiudicare, nisi expressè hoc dicat, ad decis. 19. de præben. in nou. & ad tex. in c. quamuis, de rescrip. in 6. & c. vlt. de concess. præbend. Et tantò magis in casu, de quo supra, vbi, quia gratia comprehendebat reser-

reseruata, & hoc redundabat in præiudicium Legati propter dictum suum indultum conferendi reseruata, expressè requisiuit eius consensum. Nec obstat quòd Cardinalis Legatus simpliciter consensit, ergo, & si vacauerit per obitum eius familiaris, valebit Papæ prouisio, quia adest consensus Cardinalis, cuius erat familiaris: nam cùm, vt supra dixi, gratia non cõprehendat beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, consensus Cardinalis Legati non debet extendi ad alia in gratia non contenta, cùm qualitas † sine subiecto esse non possit, ad l. 1. in fin. & ibi Bart. ff. de vsufruct. per Ias. instit. de act. in priuc. Et Papa qui requisiuit huius Cardinalis in specie consensum, fecit hoc ratione indulti sui, cui præiudicabatur, non autem habita ratione ad consensum, qui debebat præstari ratione regulæ propter beneficia familiarium suorum, quia non est verisimile, cùm incerta esset vacatio, (in quo scilicet corpore esset futura,) quòd magis ad hunc Cardinalem, quàm ad omnes alios respectum habuisset. Et ideo coram D. Io. Maria in secunda instantia, Domini fuerunt pro remissoria, vt releuanti ad probandum dictam familiaritatem.

E P I T O M E.

Expectatiuam habens ad vnum tantùm in vna diœcesi, si acceptet simul duo, valebit acceptatio in primo.

S V M M A R I V M.

1 *Acceptans duo beneficia simul potest quod maluerit acceptare.*
2 *Acceptare quis põt duo beneficia in vna diœcesi Ordinario non cõtradicente.*

D E C I S I O VI. aliàs 159.

Expectatiuam habens ad vnum beneficium tantùm in vna diœcesi, si acceptet simul duo, valebit in primo acceptatio, vt præsumatur magis illud voluisse. arg. l. quoties, de vsufruct. & Bal. in rub. si quis omis. caus. test. & arg. decis. Ægid. 301. per l. sancimus, C. de donat. & quia videtur,
1 quòd sit in eius facultate † acceptare quod maluerit, vt notat. Mil. in vers. acceptatio, dum allegat notata per Archid. in c. relatio. 21. q. 1. licèt parùm faciat, & hoc secundùm plures ex Dominis in vna Oxonien. Canonicatus coram D. Piccolomineo, licèt inter alios nõ esset plenè discus-
2 sum, quia, cùm haberet etiam ad aliud beneficium in alia diœcesi, † poterat duo etiam in vna acceptare, Ordinario non contradicente, * vt Rota seruat. ad not. per Host. & Doct. in c. mandatum, de rescript. * Mohed. d. 9. hoc tit.

E P I T O M E.

Mandatum de prouidendo cum clausula, prout nos ex nunc, prout ex tunc, & è contra, conferimus, & decreto irritan. omnes aliàs collationes factas & faciendas &c. præfertur secundæ gratiæ factæ ante executionem, & collationem cum suspensione omnium aliarum gratiarum specialium, & generalium, etiam non facta mentione primarum litterarum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo cum clausula ex nunc, &c. An praeferatur secunda gratia cum derogatione aliarum.*
2 *Papam velle expectare collationem inferioris, absurdum est.*
3 *Papae prouisio debet impedire futuram prouisionem executorum gratiae praecedentis, etiam si de ea nulla facta sit mentio.*
4 *Verba, etiam per nos, &c. & quauis auctoritate, &c. in expectatiuis, etiam Papam comprehendunt.*
5 *Clausulae executiuae non ampliant, neque restringunt.*
6 *Gratia ad duas dioeceses, & vsque ad certam summam dicitur generalis, & incerta.*
7 *Generi per speciem derogatur.*
8 *Gratia generalis tribuit ius ad rem, specialis verò in re.*
9 *Gratia generalis actu nihil continet, sed tantùm habitu, & potentia.*
10 *Gratia generalis postposita speciali habet locum in alijs beneficijs.*
11 *Decretum in gratia positum sortitur naturam gratiae. & num. 17.*
12 *Mandatum de prouidendo idem operatur quod prouisio.*
13 *Clausula, prout nos ex nunc, &c. retrotrahit prouisionem executionis ad tempus datae. & num. 19.*
14 *Cap. si pro te, de rescript. in 6. quomodo intelligatur.*
15 *Clausulae omnes etiam cum clausula anteferri &c. non tollunt ius quaesitum in re. amplia vt num. 16.*
18 *Gratia ad beneficium primo vacaturum potest dici specialis & certa.*
20 *Gratia prima vbi habet tenorem secundae pro expresso, perinde est ac si secundae tenor in prima esset insertus.*

DECISIO VII. aliàs 14. lib. 2.

*Facit Mohed. dec. 21. de praebend. Put. dec. 393 lib. 1. & 99. lib. 2.

Beneficio N. tunc vacante,* fuit per Papam mandatum prouideri B. de beneficijs vsque ad talem summam, cum clausula, (prout nos ex nūc prout ex tunc, & è contra conferimus, & decreto irritanti omnes alias collationes, & prouisiones factas, & faciendas in fauorem alterius, etiam per nos &c.) Ante autem executionem istius gratiae, & collationem, vel prouisionem B. factam, idem Papa idem beneficium in specie mandauit conferri A. cum clausula, vocatis vocandis, & clausula, anteferri &c. ac suspensione omnium aliarum gratiarum generalium, vel specialium, non facta tamen mentione primarum litterarum. Fuit dubitatum in vna Legionen. parochialis de Maiorga coram D. Syluestro, quis istorum debe-
1 ret praeferri, † & ex parte A. fuit allegatum, quòd prima gratia non est collatio Papae, quia cum certis iudicibus, & executoribus mādetur, quòd
2 ipsi conferant, absurdum † & inconueniens videretur Papam post suā voluisse expectare inferiorum collationem, ad not. per Felyn. in c. in nostra, vers. titulus multiplicatur, de rescript. Igitur si prouisio executorum expectatur, (etiam quòd gratia esset specialis, & ad certum beneficium, vt vide-

videmus in expectatiuis quando est acceptatū, quia tunc generalitas est reducta ad speciem, & licèt ius sit quæsitum ad rem, ad c.pen.de præben. in 6.) & gratia præcedens effectum in alijs consequi potest, superueniens
3 † prouisio Papæ debet impedire futuram prouisionem executorū gratiæ præcedentis, & præualere,* etiam de prima gratia nulla facta mentione, ad decis.16.licet de more,de præbend.in nou.& decis.69.de rescrip.in antiq. & in primarijs precibus, per Bisignet.decis.16.de præbend. & Franc. in c.si postquam, col.2.vers.tertio limita, & in c.dudum,col.2. in glo.1. de præbend. in 6. Et licèt gratia aduersarij ligaret Papam propter decretū,*
4 (etiam per nos, &c. & verba, † quauis auctoritate) in expectatiuis posita, etiam Papam comprehendant, secundùm Abb. Lap. & Gemin. in c. quodam, de præbend. in 6. Licèt enim inhibeatur tantùm inferioribus,
5 Tamen cùm sint clausulæ † executiuæ, non ampliant, nec restringunt, ad
6 clem.1.de præbend. Item quia cùm gratia prima † sit ad duas diœceses, & capiat beneficia ciuitatis, & prouinciæ, ad not.per glos.in c.dudum, in verb.incerta,de præbend.in 6. dicetur generalis, & incerta, eoque magis, quia est ad beneficia vsque ad certam summā, ad not.per Innoc.in c.cum dilectus, col.2. vers. si autem alicui, vsque ad vers. item videtur, de iure
7 patron. ergo secunda specialis præfertur, cùm generi † per speciem derogetur, iuxta tex.in c.dudum,& c.quamuis,el 2. & ibi communiter Doctores,de præbend.in 6.etiam quòd de prima nulla fiat mentio,vt ibi, tri-
8 plici scilicet ratione. Prima, quia per gratiam generalem † acquiritur ius respectu specierum ad rem tantùm, per specialem verò in re, vt per
9 Host.& Abb.in c.1.de rescript. Secunda,quia in tali gratia † generali nihil continetur actu, sed habitu tantùm, & potentia, vt per Io. Monachum, quem refert Gemin.in c.dudum,col.2.vers.quærit Io. Monachus &c. Tertia, quia si specialis præfertur, generalis non consumitur, sed tantùm ex-
10 tenuatur,cùm in alijs † sequentibus beneficijs locum habere possit,vt per Gemin.in d.c.quamuis, col.1. vers. nam obligatio, & ibi per Lap. hancq. rationem sentit Imol.in l. si stichus,de leg.1. Nam executores vigore gratiæ aduersarij possunt post primum alia conferre beneficia, vt per Innoc. d.c.cum dilectus,col.2.& 3.vers.& plus dicunt quidam,de iure patron.nec
11 decretum † ibi positum obstat, cùm gratiæ naturam sequatur, vt per Archid.d.clem.1.de concess.præbend.ad tex.in c.1.eo.tit.in 6. & notat Rota
12 decis.2.eo.tit.in nou.Nec etiam obstat gratiā A. esse mandatum † de prouidendo, quia idem operatur quod prouisio, vt per Io. Andr. & Gemin. col.2.ver.quid si Papa,& Franc.in d.c.quamuis,de præbend.in 6. & glo.in clem. si Romanus Pontifex,vers.prouideat,eod.tit. & Gemin.cons.106. & Ægid.cons.28. Quibus tamen non obstātibus fuit per Dominos cōclusum, gratiā B. præferri,vt licèt executoris prouisio requiratur, illa tamen secuta, retrotrahatur ad tempus datæ gratiæ propter illa verba, prout nos
13 † ex nunc, prout ex tunc,* & è contra cōferimus, ad not.per Alex.in l.huiusmodi,la 2.in princ.de verb.oblig.& cons.111.col pen.vol.6.& per Fely. in c.licet causā,col.4.de probat.post Bald.in c.1.de milite vassal.qui cont.

L est.

* Cassad. d. 5. hoc tit.

* De quo Gabriel.cōcl.3. de clausulis, Simonet. de reseruation. q.90.

* De qua latè Tiraq de retract. conuen.§ 2. gl 1. nu 85. Ferr. cō. 314 declara in Put. d.150.lib.2.

est. in vsibus feud. & per Card.in d.clem.1.de concess. præbend. dum res-
14 pondet ad c.si pro te,† de rescrip.in 6.dicendo quòd ibi non erat clausula retrotractiua &c. & sic vt perinde sit, ac si Papa tempore datæ primæ gratiæ contulisset,quo casu,sine dubio esset ius quæsitum B. in re,ita quòd sequens gratia nihil caperet, reperiendo beneficium plenum, ad quod benè facit decis.12.de concess.præbend.in nou. & etiam verba primæ gratię, dum dicunt, dictum B. vti posse regula de non tollendo iure quæsito. nec in d.clem.1.est clausula prædicta,ex nunc prout ex tunc &c. & ex hoc om-
15 nes clausulæ in gratia secunda appositæ tolluntur,quia per eas,† etiã cum clausula anteferri, non tollitur ius in re quæsitũ, iuxtà notata per Felyn. in c.causam quæ,col.13. vers. clausula anteferri, ibi considera duo. de re-
16 scrip. præsertim quia tales clausulæ collationem etiã † de vacaturo forsan tollere non consueuerunt,ad decis.Fastol.dub.45. & per Felyn. post Oldr. in c.capitulum,col.7.vers.secunda conclusio, de rescript. Et tantò magis stante, vt supra dictum est, decreto in prima, per quod futuræ collationes fiendæ, etiam per Papam, irritantur & annullantur: Et licèt, vt ex parte
17 A. fuerat allegatum, decretum † naturã principalis gratiæ sequatur, tamen stante dicta clausula retrotractiua, de qua supra, & decretum etiam retrotrahitur. Et per hoc etiam respondetur ad plura superiùs per alteram partem allegata, quia non est quòd collatio Papæ expectet post se executoris prouisionem, sed quòd secuta executoris prouisione,Papa decernit valere, ac si à die datæ ipsemet Papa prouidisset, prout ex tunc à tempore datæ prouidit. Nec est sicut acceptatio vigore expectatiuæ,quæ ius tantum ad rem tribuit, quod per sequentem collationem Papæ tollitur, quia, vt supra pluries dictum est, gratia B. tribuit sibi ius in re. Nec obstat gratiam primam esse generalem, & secundam specialem, generiq.
18 per speciem derogari,quia licèt & prima † posset non immeritò dici etiã specialis, quia ad beneficium primò vacaturum. ad not.per Abb.in c.pastoralis, §.quoniam, de rescript. & per eundem,& per Felyn.in c.ex parte, col.2.de off.deleg. & Card.in d.clem.1.col.4.q.8.& etiam certa, ad notata per Franc.in c.1.§.ex parte, n.7.col.pen.in fin. post glos.in vers.certum, de concess.præbend.in 6.& Gemin.in c.mandato, & c.si clericus,eo.tit.& libro. Tamen in casu superiori nostro gratia comprehendebat etiam vacantia, prout beneficium tunc actu vacabat, & secuta super illo executo-
19 ris collatione est reducta ad speciem certã, & secuta retrotractione † est ac si in specie tale vacans beneficium sibi primò collatum foret,ad d.decis. 12.de concess.præbend.in nou. & Felyn. in c.capitulum,n.17.de rescript. aliàs enim frustra Papa irritaret prouisiones fiendas per eum, si per suam prouisionem semper gratia primi suspẽderetur, & ei præiudicaretur, tantoq. magis quod tenorem subsequentium prouisionum fiendarum habet
20 pro expresso, † vt perinde sit, ac si tenor secundæ gratiæ in prima esset insertus, ad vulgatum consil. Butrij secundum.*

*Quod à Rota canonizatum inquit Cassad.d.10.& 38. super reg.Cancell.& ab ea semper tentum, & approbatum. Gomes.super reg.de non tollen.iur.quæs.q.6.propè fin.& de stylo seruatur.Mohed.d.1.de rescrip.Declarat tñ Caputaq. d.121.lib.1.impress.

EPI-

EPITOME.

Præstimonium solitum dari in titulum beneficij, capit expectatiua etiam non creati in Canonicum, nisi aliud doceatur de consuetudine.

DECISIO VIII. aliàs 21. lib. 2.

PRæstimonium solitum dari in titulum beneficij, cùm veniat appellatione beneficij,* ad c.vlt.in princ.de concess.præbend.in 6.Mil.in vers. beneficij appellatione. Gemin.cons.89 gratia expectatiua etiã non creati in Canonicum capit illud, nisi aliàs de consuetudine loci doceatur, vt per Abb.cons.47.vol.2. & Felyn. in c.postulasti, vers. quarta declaratio, de rescript. secundùm Dominos in vna Oxonien. præstimonij coram D. Aragonia. *

* Vide Gambar.d 22.vbi ꝙ non potest acceptari ab eo qui habet reseruationẽ ad beneficia vacatura.

* Vt i eiusd. Aragó.d.29.

EPITOME.

Statuto, vel consuetudini de optando, derogatur per mandatum de prouidendo, Motu proprio, concessum, & cum clausula, non obstante.

DECISIO IX. aliàs 28. lib. 2.

STatuto, vel consuetudini, de optando, est sufficienter derogatum per mandatum de prouidendo, Motu proprio, concessum, & cum clausula non obstante, secundùm Dominos in vna Placent. Canonicatus coram D. Aragonia, ad not.per Lap.& Abb.Gemin.& alios in c.vlt.§.in præbendis,col.1.de consuet. in 6. & eundem Gemin. cons. 104. Et tantò magis, cùm in mandato derogetur expectatiuis, quæ habent derogationem statuti de optando, vt si vinco vincentem te &c.

EPITOME.

Mandatũ de prouidendo, sine clausula acceptandi,cũ clausula,quòd Papa ex nunc, prout ex tunc,& è contra,à die vacationis prouidet,impedit quòd alteri conferri non possit.

DECISIO X. aliàs 29. lib. 2.

MAndatum de prouidendo, sine clausula acceptandi, cum clausula, quòd Papa ex nunc, prout ex tunc, & è contra, à die vacationis prouidet, impedit, quòd alteri conferri non possit, & collatio Papæ de beneficio cadente sub gratia, non conualidetur, licèt aliàs non appareat, quòd ille cui erat mandatum concessum in beneficio illo, in specie ratum habuerit, secundùm Dominos in vna Calagurit. Archidiaconatus,coram D. Ludouico, ad c.si tibi absenti, cum ibi not. de præbend. in 6.

EPITOME.

Idoneitatem, & qualitatem personæ sufficit adesse tempore vacationis, & collationis, licèt non affuerit tempore nominationis.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas personæ An requiratur etiam tempore datæ gratiæ.*

L 2 Legi-

2 *Legitimatio, & qualitas personæ sufficit quòd adsit tēpore vacationis, quando non agitur de subreptione gratiæ, sed de habilitate.*

3 *Dispensatio trahitur ad præteritum.*

DECISIO XI. aliàs 52. lib. 2.

*Vide decis. 10. infra eo. tit.

PReces * concessæ per Sedē Apost. Imperatori, nominandi ad beneficia vacatura, quæ dicunt (de beneficijs personis idoneis conferendis) & alibi, etiam dicunt (dummodò eædem personæ repertæ fuerint idoneæ) & alibi (& personæ nominatæ prædictæ, secundùm statuta, & consuetudines ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, capaces sint, & in ætate legitima constitutæ, & de legitimo matrimonio procreatæ, dummodo alias cum eis canonicè dispensatum non fuerit.) Dubitatum fuit in vna Verdunen. Thesaurariæ coram D. Mohedano. An prodessent vni, tempore suæ nominationis, inhabili, cum quo tamen ante vacationē beneficij, & collationem sibi factam, fuerat legitimè dispensatum, ad c. si eo tempore, de rescript. in 6. & Bald. cons. 491. lib. 1. & in c. constitutus, de
1 rescript. Et licèt videretur dispensationem, † & habilitatem requiri etiā tempore datæ gratiæ: tamen omnes Domini, attento quod non agitur de subreptione gratię, sed de habilitate, tenuerunt sufficere legitimationem,
2 † & habilitatē personæ adesse tempore vacationis, ad tex. in c. ei cui, de præbend. in 6. cum glos. & ad distinct. Doct. de qua per Imol. in clem. & si principalis, col. 3. de rescrip. & in clem. fin. eod. tit. & Abb. post Io. Andr. in c. dilectus, il 2. de præbend. & Felyn. in c. eam te, col. 21. vers. Tempus date, in prima fallen. de rescrip. & ibi per Barbat. in antepen. col. vers. circa hunc passum. & Gemin. cons. 79. & 90. & cons. 113. & benefacit quòd notat Castrens. quem sequitur ibi Ias. in l. militibus, C. de testam. milit.
3 dispensationem † scilicet trahi ad præteritum.*

*Facit dec. 10 hoc tit. in antiq.

EPITOME.

Patrimoniales filij si sint quadragenarij, & idonei, præferuntur alijs magis idoneis.

DECISIO XII. aliàs 23. lib. 2.

PAtrimonialibus filijs, (qui quando sunt quadragenarij præferuntur alijs magis idoneis, dummodo ipsi sint idonei,) sufficit si in eorum examine dicatur, quòd benè legunt, aliquantulum cantant, & parùm construunt, secundùm Dominos in vna Burgen. coram D. Raynaldo, vt, licèt omnia illa tria requiri videantur, ad glos. & Card. in clem. 1. de concess. præbendæ, cùm tamen qualitas beneficiorum circa sufficientiam personarum beneficiandarum attendi debeat, ad c. si eo tempore, & ibi not. de rescript. in 6. satis est quòd supra dixi in portionibus integris, vel dimidijs, hoc tamen hodie clariùs per nouam constitutionē Cardinalis Burgensis deciditur, dum vult sufficere quòd benè legant, mediocriter construant, & in fine dicit, & eandem sufficientiam mandamus, quòd habeāt Clerici, qui debent prouideri per prærogatiuam quadragenarij.

EPI-

EPITOME.

Pensionis translatio non valet facta ab executore ante expeditionem, & præsentationem litterarum.

SVMMARIVM.

1 *Executor non habet exercitium iurisdictionis ante expeditionem, & præsentationem litterarum.*

Decis.4. Bisign. de concess. præb. est reprobata.

DECISIO XIII. aliàs 197.

1 PEnsionis translatio non valet facta ab executore ante expeditionem, & præsentationem litterarum, ex quo non ✝ habet exercitium iurisdictionis, ad not. per Mil. verbo, gratia Apostolica, Rom. cons. 353. vers. quò ad tertium col. 3. & Felyn. in c. eam te, col. pen. vers. fallit quarto, de rescript. & latè per decis. 19. de concess. præbend. in nou.* licèt contra sit decis. 4. Bisign. eo. tit. in antiquioribus ad quam, vt reprobatá, colligitur responsio ex d. decis. 19. & Felyn. in c. sciscitatus, n. 13. de rescript. secundùm Dominos in vna Mantuana pensionis coram D. Piccolomineo.

*Et decis. 21. eo. tit. Ægid. decis. 116. vi de tamē Cassad. decis 8. de rest. spol. Put. dec. 225 lib. 3.

DE REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON.

EPITOME.

Pensio, quæ constituitur loco alterius cassatæ, valet, quamuis in ea non sint expressa, quæ in prima constitutione expressa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Pensio secunda, quando constituitur, debet fieri mentio prima.*

2 *Pensio, quando super cathedrali constituitur, debet derogari Concil.*

3 *Pensionis cassatio, vt altera assignetur, dicitur correspectiuè fieri.*

4 *Res Ecclesiastica semel alienata, & ad ecclesiam reuersa, non possunt amplius alienari.*

5 *Bona solita dari in feudum semel reuersa ad ecclesiam, non possunt ampliùs infeudari.*

6 *Dispensatus ad vnum beneficium potest in permutatione primum dimittere, & aliud accipere, absque alia dispensatione. vide tamen ibi.*

7 *Stylus Curiæ pro lege habetur.*

DECISIO I. aliàs 240.

1 PEnsio secunda, in qua, quando constituitur, requiritur ✝ fieri mentionem de alia pensione vigente tunc super eodem beneficio,* vel quādo
2 est super Cathedrali debet Concilio ✝ derogari, si omnia hæc in prima assignatione facta fuere, & demum per pensionarium cassetur, & in eadem supplicatione, in qua illa extinguitur, eadem similis pensio alteri assigne-

* Cassad. d. 3. de pēsion. super reg Mone. d 7. de renūc. & d. 11. de locato. Gig. d pēsio. q 29. Ferret. cōs. 338 Amplia vt oneris, seu pēsio.

 tur,

tur, ex quo Ecclesia non recipit ex hoc aliquod grauamen, & omnino si
3 hæc secunda pensio non valeret, prima remaneret cũ ✝ correspectiuè illa eo tempore cassata fuerit, vt altera assignaretur, ad not. per Felyn. in c. pastoralis, 4. col. de rescrip. & Doct. in l. lecta, ff. si cert. pet. Domini in vna Florentina pensionis, coram D. Mohedano, fuerunt pro validitate secundæ assignationis pensionis, etiam, quòd dicti Concilij derogatio, & antiquæ pensionis mentio non existeret, secus tenentes, si ecclesia semel à dicta pensione, & grauamine esset liberata, quia benè tunc, si altera similis iterum alteri assignetur, ex quo est nouum grauamen, omnia requirentur, vt in prima constitutione ad not. per Bald. in l. 2. col. 2. vers. sed pone, C. de
4 ædil. edict. scilicet quod res ✝ ecclesiæ semel permissa per Papam alienari, si est actum redhibitoria, non potest ampliùs vendi, quia semel reuersa est ad statum, & naturam suam, ad not. per Bart. in l. 1. in fin. C. de impo-
5 nen. lucrat. descrip. lib. 10. scilicet, bona ✝ feudalia consueta dari in feudum, quæ possunt per Episcopum iterum in feudum dari, ad c. 2. de feud. in auth. Episcopum, vel Abbatem in princ. collat. 10. non habere locum, nec posse infeudari, quando semel sunt reuersa ad ecclesiam, & de mensa* Episcopali facta. vt per eundem Bart. in l. fin. col. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. Et pro superiori decis. Facit, quod legitur, & notatur in c. non potest, de
6 præbend. in 6. Dispensatum, ✝ scilicet, ad vnum beneficium obtinendum, posse in permutatione primũ dimittere, & loco illius aliud accipere absque noua dispensatione: Et licèt contraria opinio forsan sit verior, tamen, vt dicit Rota decis. 339. al. 1. de fil. presbyt. in nou. & Franc. in d. c. non po-
7 test, col. fin. ver. illud. est propter stylum ✝ Curiæ, quæ hoc seruat, qui pro lege habetur, vt in casu illo seruetur, & ad materiam nostram non extenditur, cessante stylo. facit regula l. patre furioso, & not. ibi per Ias. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & c. ad Apostolicam, de regular. cum similibus.

nis perpetuę debeat fieri mẽtio, etiã si secũda pẽsio sit tp̃alis. Caput d. 311. li. 2. Limita, nisi in sup. adsit clausula, dũmodo p̃sẽs, & aliæ desuper assignatę pẽsiones non excedãt medietatẽ fructuũ, q̃a satis hæc generalis scientia, quã Papa habuit, q̃ aliæ pẽsiones aderãt sufficit p̃ expressione. Caput. dec. 296. li. 2. impress. Itẽ limita, nisi prima pẽsio eẽt nulla, q̃a nulla de ea esset fiẽda mẽtio. idẽ Caput. d. 301. li. 2. ĩpss.

* Vide Rim. Iun. consf. 32. lib. 1. Clar. §. feudũ q. 13.

EPITOME.

Alienatio bonorum præbendæ, etiam distinctæ, facta per Canonicum non valet, sine consensu Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta per Rectorem cum consensu Episcopi valet.*

DECISIO II. aliàs 38. lib. 2.

ALienatio rerum Ecclesiasticarum alicuius præbendæ, licèt videatur posse fieri per Canonicum tantùm, cuius est præbenda, cum cõsen-
1 su Episcopi,* sicut in alienatione ✝ facienda per Rectorem, vel Clericum, ad c. Abbatibus, & c. placuit, 12. q. 2. & c. in venditione, 17. q. 4. & glos. in c. primo, in vers. tractatus, de reb. eccl. nõ al. in 6. Tamen Domini in vna Parmen. bonorũ, corã D. Io. Paulo, dixerũt, quòd etiã quòd præbẽda esset distincta, nõ valet alienatio sine cõsensu Capituli, ad c. ad audientiã, & ibi Abb. & Doct. de reb. eccl. nõ al. facit aliquid Castr. cõs. 74. li. 1. & Anch. cõs. 116.

* Redoan. de reb eccl. nõ alien. q. 41. num. 8.

Alias decis. ad hunc tit. facien. habes de Iure iuran. decis. 3.

DE

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

EPITOME.

Remedium l. 2. C. de resc ind. vend. habet locum contra tertium possessorem habentē causam à primo, si in secunda emptione sit læsio vltra dimidiam.

DECISIO I. aliàs 19. lib. 2.

Remedium l. 2. C. de rescind. vend. licèt non videatur habere locũ contra tertium possessorem habentem causam à primo emptore, ad not. per Cyn. ibi, & Alex. cons. 92. vol. 1. col 3. vers. & ad hoc etiam, Tamen secundùm Dominos, in vna Romana officij, coram D. Aquensi, si secunda emptio eodem morbo laboraret, scilicet, quia & illa fuisset vltra dimidiã, ad not. per Bald. & Salyc. ibi, dabitur vtilis actio ex illa lege, vt cumulat & refert Panthaleo Modernus repetens in d. l. 2. in 4. parte glos. magnæ.* *De quo & Cagn. ibi, q. 10. nu. 114.

DE LOCATO, ET CONDVCTO.

EPITOME.

Conductor rei Ecclesiasticæ, ad euitandum solutionem pensionis, non potest excipere, consensum Superioris non interuenisse in locatione.

DECISIO I. aliàs 122.

Non potest conductor * rei Ecclesiasticæ, qui rem possedit, ad euitandum solutionem pensionis præteritæ, opponere, quòd non interfuit consensus Superioris, vt requiritur, secundùm omnes in vna Romana coram D. Camillo, ad not. per Innoc. & Abb. in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. & latè per Dec. in c. quæ in ecclesiarum, 5. not. de constit. Ias. in l. 2. col. 4. vers. vnum tamen, C. de iur. emphyt. faciunt notata per glos. & Bart. in l. cum hi, §. eam transactionem, de transact. & not. per Bald. in l. neque, C. de contrah. & committ. stipul. & in l. contra iuris. ff. de pact. Ias. in l. non eo minus, vers. istam regulam, C. de procurator.

* Redoan de reb. eccl non al en. q 47 n. 5. & q 58. n. 55. v. i huius decis. meminit.

EPITOME.

Canonis receptio sine consensu Capituli, facta à Prælato habente facultatem de nouo locandi, præiudicat Ecclesiæ aliàs secus.

DECISIO II. aliàs 125.

Receptio * canonis facta à Prælato sine consensu Capituli, licèt nõ noceat ecclesiæ, vt videatur remissa caducitas, ad glo. & Doct. in c. potuit, de locat. & Ias. in l. 2. n. 130. vers. communis tamen opinio. C. de iur. emphyt. Si tamen ille idem Prælatus, qui solutionem recepit, habeat auctoritatem, & potestatem de nouo locandi, satis videtur tunc per receptionem ecclesiæ præiudicatum, ad not. per Alex. in cons. 14. incip. viso, &

* Vide alleg. per Corbul. d cau. priua. emphyt. ob nõ solut can. q. 21. Glar. s. emphyteosis q. 10. Soc. Iũ.

col. 145. li. 1. Cagn. i auth. qui re, n. 37. Cephal. latè cons. 222. & 223. considerato themate vol. 2. quod vnus ex Dominis, quem ferè omnes secuti sunt, allegauit in vna Mantuana locationis terrarũ, coram D. Petro.

EPITOME.

1 Pensio assignata super fructibus Abbatiæ de consensu Abbatis, qui capit omnes fructus, & dat cuilibet Monacho tantum panis, & vini, valet.

SVMMARIVM.

1 *Fructus Monasterij sunt cõmunes inter mensam Abbatial?, & conuentum.*
2 *Episcopus si vult apponere pensionem super fructibus ecclesiæ, requiritur consensus Capituli.*
3 *Abbas si solet singulis Monacis dare tantùm panis, & vini de fructibus Monasterij, de cæteris disponit ad sui libitum.*

DECISIO III. aliàs 153.

1 FRuctus Monasterij, † licèt de iure sint communes inter mensam Abbatialem, & conuentum, ad not. per Doct. in c. edoceri, de rescrip. Et

2 licèt quando Episcopus * † vult apponere pensionem super fructibus ecclesiæ exuberantis, videatur requiri consensus Capituli, ad not. in c. pastoralis, de his quæ fiunt à Prælatis sine cons. Capit. si tamen, secundùm Dominos in vna Gerunden. pensionis coram D. Aragonia, probetur quòd

3 Abbas † teneatur, & soleat cuilibet Monacho de fructibus Monasterij dare separatim tantum panis, & vini, & quòd omnes alij remanentes fructus sint ipsius Abbatis, & de eis liberè ad libitum, & beneplacitũ suum, licitè disponere possit, & valeat: Non est ratio, cur super illis fructibus remanentibus pensio assignata per Papam, cum consensu solius Abbatis, non valeat, cùm Monachis nullum ex hoc paretur, nec parari possit præiudicium, cùm satis supersint fructus, post distributas Monachis portiones, pro Abbate, & pensione prædicta.

* Vide Gig. de pension. q. 6. & q. 10.

EPITOME.

Pensionarius non tenetur ad collectas, seu imprestita etiam parua, quæ D. Veneti quolibet anno exigunt, etiam quòd fructus sunt magni valoris.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius, & vsufructuarius æquiparantur.*
2 *Collecta, personis non subditis imposita, dicuntur extraordinariæ.*
3 *Pensionarius tenetur ad onera realia, decimas Papales, & charitatiuum subsidium. de quo & num. 6.*
4 *Priuilegium non præsumitur per immemorabilis temporis vsum, quando vtens est incapax rei, de qua prætenditur.*
5 *Bulla in Cœna Domini prohibens exactionem collectarum à Clericis, impedit præscript.*
7 *Ordinarium illud dicitur, quod semper fit.*

Pen-

8 *Pensionarius non tenetur ad onera solita.*
9 *Furtum, latrocinium, & hostile damnum, dicuntur casus extraordinarij, & inconsiderabiles.*
10 *Casus fortuitus non debent minuere pensionem, si fructus qui remanent sufficiunt ad onera ecclesiæ.*

DECISIO IV. aliàs 16. lib. 2.

PEnsionarius, licèt videatur teneri pro portione pensionis, ad collectas, seu impræstita,* quæ D. Veneti de facto in dominio eorum anno quolibet exigunt, sicut vsufructuarius ad l. quæro, cum glo. & l. fin. de vsufr. leg. & l. hactenus, & l. si pendentes, §. si quid cloacarũ, ff. de vsufr. & l. apud
1 Iulianum, §. hæres, de leg. 1. quia æquiparantur, † secundùm Card. & Doct. in clem. 1. §. eadem, de supp. negl. prælat. & Caccialup. in tract. pension. q.
2 17. in princ. Et quia cùm de facto personis † non subditis imponantur, videntur esse onera extraordinaria, ad l. ex rescripto, §. sciendum, & ibi Bart. de mun. & honor. in auth. item nulla, C. de Episc. & cler. & per eundem, & Bald. in l. placet, C. de sacrosf. eccl. & latè per Abb. cons. 100. vol. 2.
3 ad quæ † videtur teneri pensionarium, quia tenetur ad onera realia, vt dicimus in decima Papali,* & charitatiuo subsidio, ad Caccialup. d. q. 17. & Bellenz. in tract. de charitat. subsid. q. 37. nec videtur obstare, quòd per immemorabile tempus Veneti hoc faciant, ita vt priuilegium præsumatur, ad c. super quibusdam, §. præterea, de verb. signif. quia, cùm laici sint
4 inhabiles ad similia præscribendum, † non præsumitur isto casu ex cursu temporis concessio, ad not. per Io. Monac. in c. 2. de præbend. in 6. & Abb. in c. causam de præscrip. & ibi per Felyn. & per eundem in c. accedentes,
5 eo. tit. & Mod. Marsil. Bonon. sing. 80. Et tantò magis stante bulla, † quæ in Cœna Domini publicatur, in qua anno quolibet talia prohibentur, & ex hoc præscriptio interrumperetur. Tamen Domini in vna Vicentin. pen-
6 sionis, coram D. Aragonia, quia fructus erant magni valoris, † & imprestita parua, ita vt ex remanentibus fructibus pensio facilè solui poterat, & alij plures fructus pro soluente remanebant, ad not. per Abb. in c. conquerente, de Cler. non resid. & per Caccial. d. tract. q. 7. fuerunt, quòd pensionarius ad ea non teneretur, vt, Aut ex eo quia semper, & continuò
7 similia fiunt, † dicatur Ordinarium, idest ita vt de eo Papa notitiam, & considerationem habere videatur, & sic, cùm sit onus solitum, pensiona-
8 rius † non teneatur, ad dicta per Caccialup. d. quæst. 17. & Castrens. cons. 339. quia exceptiones. & cons. 405. nouissimè, lib. 1. Aut quòd sit inconsi-
9 derabile, & extraordinarium, & tunc sit quoddam furtum, † siue latrocinium, vel hostile damnum, ad l. si merces, §. vis maior, ff. locat. cum simil.
10 & si ex tali † casu fortuito fructus * non sunt in magna quantitate diminuti, tunc, quia soluta pensione reliqui fructus sufficiunt ad onera Ecclesiæ supportanda, ad tradita per Caccialup. d. tract. q. 7. non debent diminuere pensionem, ad d. §. vis maior, & Caccialup. vbi supra q. 16. in princ.

*In eadẽ Pat. dec. 5 li. 1. & d. 386 lib. 2. Mohed. d. 4. hoc tit. & de materia Ferret. cõs. 199. & 322. Gig. de pensio. q. 66. & 90.

* De quo vide Gig. de pẽsio. q. 59. Belẽ cĩ. de charit. subsid. q. 75.

* De quo Gig. de pension. q. 38.

* Vide Gig. de pension. q. 62.

Sequens

Sequens decisio in alia impressione fuerat omissa, nos tam, cum alijs, quæ fuerant prætermissa, correctam restituimus.

EPITOME.

Emphyteota priuatur ob inobseruantiam pactorum.

DECISIO V. aliàs 195.

* Meminit huius decis. Corbul.cau. 2. de caus. priuatio. em phyt. vbi cæteros allegat

EMphyteota * non seruans pacta imposita in contractu locationis, cadit à iure emphyteotico, sicut quando Canonem non soluit, secundùm Dominos in vna Placentina bonorum coram D.Io.Clerici: ad not. per Ias.in l.1. in 4.notab.C.de iur.emphyt.

DE FEVDIS.

EPITOME.

Feudo in hæreditario volens succedere tenetur probare se hæredem immediati possessoris, & primi feudatarij, in antiquis tamen probata continuatione feudi, præsumitur hæreditatis aditio.

SVMMARIVM.

1 *Successor feudi hæred. sufficit quòd paratus sit adire, licèt non sit delata hæreditas immediati possessoris.*

2 *Aditio hæreditatis in feudo hæreditario in antiquis satis videtur esse probata inuestituris, & possessione successiua feudi.*

DECISIO I. aliàs 54. lib. 2.

*Vltra alleg. à Claro in §. feudû.q.9.vi de Roland.a Valle côs.23 in 3 dub.li.3 Mascard. de prob. concl. 767.

FEudum * quando est hæreditarium, (quòd requirit, quòd volens suc-
1 cedere, † probet etiam se esse hæredem non solùm vltimi, cui immediatè vult succedere, sed etiam primi inuestiti, à quo feudum hæreditarium habuit originem, ad not. per Iac.de Beluis. in c.1. de eo qui sibi, & hæred. suis mascul.per Alex.cons.10 col.pen. vers. idem respondeo, vol.3. Dec.cons.390.col.4. & Brun.cons.1.col.8.n 62.& cons.2.in fi. & cons.40.&
2 cons.80.col.pen. Et quò ad immediatum, sufficit † quòd quis paratus sit hæreditatem adire, licèt ei delata non sit, quia non fuit institutus, ad not. per Iac.Aluarot.Bald.Præpos.Alex. & cômuniter Doct. in c.1.An agn.vel
3 fil.repet.Dec.cons.208.col.vlt.) si sumus in antiquis, † & constat per inuestituras, quòd quilibet successiuè petijt nouam inuestituram, prout tenetur de iure, satis ex hoc videtur esse probatam aditionem hæreditatis, si, vt supra dictum est, feudum est hæreditarium, & sic annexum hæreditati, arg.l.quidam eulogio, C. de iure delib. & l. pro hærede, & l.necessarijs, de acquir. hæred. secundùm Dominos in vna Taruisina feudi coram D. Raynaldo. Cùm etiam ex successiuis inuestituris appareat feudû deuenisse gradatim ab antiquo primo ad modernos inuestitos, ita vt probata posses-

4 possessione † successiua feudi, satis videretur & aditionem successiuã hæreditatis probatam, ad not. per Bart. in l. qui putat, cum l. præceden. de acquir. hæred. & Bald. & Præpos. Alex. in d. c. 1. An agnat. vel fil. defunct.

DE PIGNORIBVS.

EPITOME.

Prohibitio alienationis cum reseruatione iuris in re, siue hypothecæ specialis, siue generalis, quando omnia bona sunt alienari prohibita, impedit dominij translationem.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis non impedit translationem dominij, sed contrafaciens tenetur ad interesse. fallit, vt hic.*

2 *Hypotheca specialis, & generalis à pari procedunt, quando non potest interuenire nisi generalis.*

DECISIO I. aliâs 152.

1 Prohibitio † alienationis facta inter viuos, etiam in fauorẽ certæ personæ, etsi non impediat translationem dominij,* sed tantùm contrafaciens ad interesse teneatur, nisi sint requisita, & verba concepta eo modo, quo per Bart. & Doct. in l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1. & in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. quia tamen fallit, quando prohibens reseruauerit sibi ius in re, puta hypothecam, ad l. si creditor, §. vlt. ff. de distract. pign. & Doct. in l. qui absenti, §. 1. de acquir. poss. & in l. si filio, §. vlt. sol. matr.
2 Quæ, licèt loquantur in speciali hypotheca, † idem tamen, secundùm Dominos in vna Casalens. bonorum coram D. Piccolomineo, in generali, quando non poterat fieri nisi generalis, vt quia omnia bona erant alienari prohibita, & super omnibus eisdem erat retenta hypotheca, vt sit idem, ac si res quælibet prohibita esset hypothecata. arg. not. per Corn. cons. 61. col. pen. vol. 3.

* Vide Fabian. de Mõte de emp. & vend. q. 22. n. 35. 4. quæst. principalis.

DE SOLVTIONIBVS.

EPITOME.

Datio in solutũ cum pacto quòd res æstimetur, & pro summa æstimata remaneat, valet.

DECISIO I. aliâs 39.

Ioannes Baptista de Theodoricis dedit in dotem filiæ nuptæ D. Rosello de Ciuitate Castelli 2500. scuta, Et pro hac summa domum quandam insolutum, cum pacto tamen, quòd debeat æstimari domus, & pro summa æstimata remaneret eidem D. Rosello. Æstimatores autem debebant eligi simul à genero, & socero. Dubitatum fuit de validitate * dictę dationis in solutum, & dicti pacti, propter l. si merces, & ibi Bart. ff. locati. Tamen, quia dicti æstimatores debebant eligi pacto accessorio ad contractum dationis insolutum validum, Domini habuerunt, quòd non vitietur

* Vide Port. Imol. consil. 133. & 211.

ob non

ob non præsumptam impossibilitatem, ad not. per Bart. in l. si fundus, §. vltimo, ff. de pignor.

EPITOME.

Solutione certo loco destinata, potest debitor alibi conueniri, deducto eo, quod sua intereſt in loco destinato non solui.

DECISIO II. aliàs 34. lib. 2.

SOlutione certo loco destinata, licèt videretur non posse alibi summa debita peti, nisi docto per creditorem, quòd in loco destinatæ solutionis summam debitam consequi non valuit per text. & ibi glo. & Doct. in l. 1. ff. de eo quod cer. lòc. Tamen, secundũ Dominos in vna Romana 4000. ducatorum coram me, potest actor, deducto eo, quod interest promissoris magis in loco destinato, quàm vbi conuenitur, solui, debitorem conuenire, ad glo. in l. 2. eo. tit. Alex. Ias. & Doct. in l. qui Romæ, in princ. de verb. oblig.

EPITOME.

Pensio assignata super fructibus alicuius beneficij Ordinis Hierosolymitani, stante antiqua consuetudine, quòd magnus Magister possit fructus primi anni propria auctoritate percipere, non est soluenda per successorem.

SVMMARIVM.

1 *Onus reale videtur sequi rem & sic possessorem, etiam quando fructus percepit prædecessor.*

2 *Consuetudo, quòd religio Hierosolymitana fructus primi anni beneficij vacantis percipiat, An valeat.*

3 *Possessor non tenetur ad pensionem pro illo anno, quo per vim omnes fructus ab alio fuere percepti.*

4 *Fructus propria auctoritate percipiens æquiparatur vsufructuario, & tenetur ad onera.*

5 *Pensio alimentis æquiparatur.*

6 *Canonicus si tenetur vigore statuti Ecclesiæ soluere medietatem fructuum primi anni An habeatur ratio pensionis super canon. imposita.*

7 *Successor, secundùm Rotam, non tenetur soluere pensiones per prædecessorem non solutas.*

DECISIO III. aliàs 60. lib. 2.

* Vide Put. dec. 189 li 2. Mohed. d. 6. de concess. præbend.

PEnsio assignata super fructibus alicuius Prioratus,* vel Baliatus, vel alterius beneficij, Ordinis Hierosolymitani, stante antiqua consuetudine, siue priuilegio, quòd Ordo, siue magnus Magister fructus primi anni, eueniente vacatione, etiam propria auctoritate percipiat, & lucretur, licèt videatur debere solui per successorem habentem notitiam talis pensionis, etiam pro dicto primo anno, in quo nullos fructus percepit, ex quo,
1 cùm onus tale † videatur reale, videtur sequi rem, & sic possessorem, etiã quòd fructus prædecessor, vel auctor perceperit, ad cons. Rom. 388. & Felyn.

Fely. in c.ad audientiam, el 2.col.6.de rescrip. & Philipp.Franc.in c.fin.§. fin.de off.ordin.in 6.& in reg. non est in mora, de reg.iur. in 6. & Feder. de Senis cons.81. Dec. cons.156. Tamen in vna Monopolitana pensionis coram Reuerendiss. Cardinali Campegio, proponente D. Io. Paulo, Domi-
2 ni fuerunt in contrarium. Vt, Aut dictam † consuetudinem, dicatur,non valere, ad not.per Io.Andr.& Franc. in c.si propter, de rescript. in 6. & in c. si tibi concesso, de præbend. eod. lib. & tunc, cùm religio illos de facto cœperit, possit dici, & meritò, esse quædam vis, quæ cùm omnes fructus
3 abstulerit, non videatur † possessor pro illo anno ad pensionem teneri, ad l.si merces, §. vis maior, & ibi Bart. ff.locati &c. propter sterilitatem, & ibi Abb. & Doct.eod.tit. Aut, si valida sit consuetudo, vel priuilegium, &
4 tūc cùm religio propria auctoritate fructus percipiat,† æquipararetur vsufructuario, qui ad onera tenetur, ad l.quæro; de vsufruct. leg. & l. si pen-
5 dentes, §. si quid, de vsufruct. Et si pensionem † alimentis æquiparemus, vt per Roman.d.cons.388. & pensio debeatur super re,vt dicit Felyn.Philipp.Franc. & Feder.de Senis, & alij in locis supra allegatis, tunc videtur textus in l.vsufructu legato, vers.hactenus, de vsufruct. loquens in vsufructuario, qui decidit quæstionem, & Dec.d.cons.156. loquitur quando Ca-
6 nonicus † vigore statuti tenetur ad fructus primi anni, vt tunc deductis oneribus,* & sic pensione, intelligatur, non autem quando quis propria auctoritate capere debet, quia tunc onera per ipsum solui debere videntur. Non fuit tamen per Dominos pleniùs discussum, An contra religionem haberet pensionarius actionem, & An tali consuetudini esset in suis litteris sufficienter derogatum, cùm tunc contra religionem non ageretur, quia ad causam non erat vocata, sed superiora tantùm allegata fuere ad effectum absolutionis beneficiati, contra quem agebatur. Nec Domini secuti fuerunt opinionem Federici de Senis d.cons.81. dum vult esse in arbitrio creditoris agere etiam contra successorem, Tum quia aliàs
7 Rota nunquam voluit iudicare successorem * † teneri ad pensiones per prædecessorem non solutas, tum quia nil erat beneficiato imputandum, cùm tertius iuridicè in illo anno onera, & honores haberet.

* Ferret.cōs. 354.nu.16.

*Vide Cassa. d.4.de locat. Gig de pens. q.39 Put. d. 189.li.2.Ferret.cons.317

E P I T O M E.

Nouatio, etiam ope exceptionis, hodie non inducitur, si tertius promittit soluere pro alio intra certum tempus, quòd quis simpliciter soluere promiserat.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio hodie non fit etiam ope exceptionis, vbi aliàs ipso iure fiebat.*
2 *Nouatio non fit, si, qui promisit simpliciter, promittat postea ad tempus, & , quæ sit ratio, explicatur.*
3 *Inducta in augmentum non debent operari diminutionem.*

D E C I S I O IV. aliàs 77.

SI in secunda promissione * facta per debitorem creditori, promittatur minus tempore, puta, quia illud, quod debitor simpliciter debebat,

*Vide d.1.de depos.in antiq. Gabr. de fideiuss. q.3. Afflic.d.353 & ibi add.

bat, tertius pro eo promittat ad certum tempus, Domini fuerunt, hodie
1 non fieri nouationem, † etiam ope exceptionis, secuti magis comm. opin. contra Bart. in l. pen. de prætor. stipul. per Alex. & Socin. in l. qui vsumfructum, de verb. oblig. per Doct. in l. lecta, ff. si cert. pet. plenè per Ias. in l. singularia, eod. tit. per tex. in l. vlt. C. de nouat. & §. præterea, Instit. quib. mod. toll. oblig. quia opinio illa, quòd vbi olim fiebat nouatio ipso iure, & hodie fiat ope exceptionis, est reprobata per Doct. vbi supra. Illud etiam
2 quòd glo. Bart. & aliqui Doct. dicunt, quòd quando quis promisit † simpliciter, si promittat postea ad tempus, fiat nouatio ope exceptionis, est etiam reprobatum in locis vbi supra: Tamen, & si esset verum, hoc est, secundùm Doct. quia si pendente tempore secundæ promissionis, posset peti vigore primæ, secunda nihil operaretur, post quàm autem venit tempus secundæ, frustra quæritur qua obligatione sit obligata eadem persona, & causa non mutata, sed in casu, de quo supra, alia persona promisit ad tempus, & hæc promissio est in fauorem creditoris, vt magis sit secu-
3 rus, Vnde inducta † in augmentum, non debent operari diminutionem, ad iura vulg. & de hac q. vide etiam per Doct. in l. scire debemus, de verb. oblig.

DE DONATIONIBVS.

EPITOME.

Statutum, quòd donans & duo testes instrumentarij, manu propria donationem subscribant, non habet locum in donatione paruæ summæ facta à patre filio, etiam naturali, pro suo parapherno.

SVMMARIVM.

1 *Probari quod debet per instrumentum, An sufficiat probari per testes.*
2 *Statutum de quo hic non habet locum in donatione facta à patre filio.*
3 *L. data C. de donat. quomodo procedat.*
4 *Donatio inter patrem, & filium, in modica summa facilè præsumitur.*
5 *Statuti de quo hic exceptio non opposita in productione testium non potest amplius opponi.*
6 *Statutum de quo hic non habet locum in donatione ex causa.*

DECISIO I. aliàs 244.

STatutum Vrbis, quod, ad euitandum fraudes, quæ frequenter in donationibus fieri solent, disponit, quòd aliàs donatio non valeat, nisi donans in instrumento donationis manu propria se subscribat, & etiam duo ex testibus instrumentarijs, non habet locum in donatione paruæ quantitatis facta à patre filio suo, etiam naturali tantùm, pro suo parapherno, probata per testes sine instrumento, secundùm Dominos in vna Romana parapherni inter istos de Salamonibus coram me. * Non ex eo,
1 quia statutum disponens aliquid probari non † posse nisi per instrumentum, non excludat probationem per quinque testes, ad not. per Cyn. in l. opti-

* Hæc decis. hucusq; tãtũ in alia ĩpres. fuerat ipsa, nos residuũ ex manuscr. Crescẽtij originali restituimus.

optimam, C.de contrah. & committ.stip.per Abb.& Felyn.in c.sicut consuetudo, de probatio. per Marsil. sing.157. quia non erant tot testes: sed quia, secundùm aliquos, talia requisita per statutum procedunt in donatione probanda per instrumentum, vnde non videtur per hoc excludere probationem per testes, arg.not.per Bald.in cons.279. visa petitione, lib. 4.* Secundò, quia, secundum omnes, propter naturalem affectionem pa- *Vide Masc. concl. 6. nu. 106. & seq. de prob Mar sil.in rub. de prob.col.18. & seq.
2 tris erga filios, cessare videtur suspicio, † nec statutum in hoc casu debet locum sibi vendicare. ad not. per Bald. & Doct. in l.pactum, quod dotali, C.de collatio.in l.præses, & in l.transactionem, vbi Ias. de transactio. Non
3 obst.not. per tex.in l.data, C.de donat. quia intelligi † debet respectu tertij, cui potest præiudicari, vt declarat Decius in d.l.pactum, & ante eum Ang.cons.179.col.pen. in fine, ver. sed incidenter, ibi, in perniciem aliorum &c. Vel in vna donatione excedente summam. secundum glos.2.ibi.
4 sed inter tales † personas maximè in quantitate centum scutorum, vt hic erat, de facili potest præsumi donatio. ad tex.cùm ibi not.in l.si seruus communis, de don.inter vir. & vxor. Tertiò etiam poterat allegari, quòd quia in actu productionis testium non fuit oppositum de tali statuto, am-
5 pliùs opponi † non poterat, ad not.per Bald.Alex. & Ias.in l.certi conditio.§.quoniam, si cert.pet. Item & quartò, quòd tale statutum locum non
6 habeat in † donatione ex causa parapherni, & sic ob causam, ad not. per Alex.cons.21.vol.3. quòd tamen non esset sine difficultate, ex quo matrimonium iam erat secutum tempore donationis.

Aliam decis. ad hunc tit. facien. habes supra de confessis decis. 2.

DE TESTAMENTIS,

EPITOME.

Substitutio compendiosa, si sine filijs quandocunque decesserit, comprehendit tacitam vulgarem in casu impotentiæ, puta si hæres sit incapax.

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa potest fieri incapaci.*
2 *Conditio debet verificari & de vno casu non extenditur ad alium.*
Cōditio voluntaria, & nō necessaria ad actus validitatem, non extenditur.
3 *Cōpendiosa non est species separata, sed plures sub vno vocabulo cōprehendit.*
4 *Filij positi in conditione excludunt substitutum.*
5 *Verba, si hæres decesserit, quomodo intelligantur.*
6 *Per vulgarem testatori succeditur.*
7 *Conditio, si decesserit sine liberis, quomodo hic intellecta.*

DECISIO I. aliàs 76.

Compendiosa facta quandocunque sine filijs* decesserit, comprehendit tacitam vulgarem in casu impotentiæ, vt puta si hæres sit incapax, ad not.per Bart. nu.28. & Doct. in l.2.de vulg. non obstantibus dictis per *Vide Calcan.cons.59. Duran.de arte testan. tit. 5. de substit. c.25.

per Bald.in l.quidam eulogio, C.de iur.delib.per Bart.& Doct.in l.centu-
1 rio, de vulgar. Et patet, nam compendiosa ✝ potest fieri incapaci, secundùm Bald.in l.2.C.de hæred.instit.& tamen tunc nullo casu verificari potest, nisi in vulgari tacita ex capite impotentiæ. Tamen in quadam causa Clusina hæreditatis corā D. Petro, fuit dubitatum de hoc, & maximè propter illa verba, (si decesserit sine filijs,) quæ conditio non fuit verifi-
2 cata ✝ nec extenditur ad alium casum, ad cons. Socin. 140. lib.1. & quia est conditio voluntaria, non necessaria ad actus validitatem, quo casu non extenditur, ad l. commodissimè, ff.de lib. & posthum. & notatur in l. Gallus, §. & quid si tantum, eo. tit. Et hoc satis me mouit, quia compen-
3 diosa ✝ non est species separata, sed plures sub vno vocabulo comprehendit. Vnde omnis substitutio sub ea contenta est sub dicta conditione, si decesserit sine filijs, & sic etiam vulgaris, quæ facta sub conditione, si decesserit sine filijs, annullatur per superuenientiam liberorum, ad l.Lucius,
4 de vulgar. filij enim ✝ positi in conditione excludunt substitutum, vt ibi, ergo in casu superiori non debet substitutus, vero hærede incapace, admitti, quia ipse venit excludendus, casu quo decedat hæres cum filijs. Erant etiam, & alia verba in casu supradicto, quæ augebāt difficultatem,
5 quia dictum fuerat (si dictus ✝ hæres Franciscus decesserit) idest si decesserit hæres, scilicet factus, ad l.seruus alienus, §.si quis ita,ff.de hæred. instit. Item dixit (eidem Francisco substituto,) & sic non vulgariter succeditur Francisco, sed testatori. Quibus non obstantibus Domini idem
6 tenuerunt, quia, licèt per ✝ vulgarem testatori succedatur, fit tamen hæredi, & instituto. Et illa verba (si dictus hæres Franciscus decesserit,) in-
7 tellexerunt, si dictus hæres, scilicet, scriptus. Nec obstat conditio, ✝ si decesserit sine liberis, quia voluerunt, quòd non referatur ad tacitā vulgarem contentam in dicta compendiosa, ad quod videtur facere consil. Dec.416.in vlt.col. Et pro hoc ego considerabam rationem, nam compendiosa semper fit sub istis verbis, si decesserit, scilicet quandocunque decesserit, & tamen secundùm Dominos, vt supra dictum est, continetur tacita vulgaris in casu impotentiæ, vt si hæres est incapax, & sic tunc non expectatur, quòd hæres decedat, ergo sicut in tacita vulgari contenta sub compendiosa non subintelligitur expressa conditio, si decesserit, ita, & quando, vt in casu nostro, cum dicto verbo si decesserit, est apposita qualitas, sine liberis, quia qualitas iuncta verbo intelligitur secundùm tempus verbi, & accessorium regulatur secundùm suum principale: dicta ergo verba, si decesserit, vel, si sine liberis decesserit, referuntur ad fideicommissariam, vel pupillarem contentam in compendiosa, in quibus obitus est necessarius.

EPITOME.

Trebellianica potest prohiberi etiam liberis primi gradus.

SVMMARIVM.

Legitima filio relicta, pater de cæteris bonis, ad sui libitum disponere potest.

DECL-

DECISIO II. aliàs 129.

NOta quòd, licèt multum sit disputatum inter Doctores,*An in filijs primi gradus possit Trebellianica prohiberi,& opinio negatiua Bal. Salyc.in l.iubemus, C.ad Trebell.diceretur, secundùm aliquos,magis cõmunis,vt per Decium latè conf.81.n.3.& conf.218.n.5.* Tamen quia aliàs Rota pro communiori, & veriori, secuta bis fuerat contrariam, & affirmatiuam opinionem in familia de Bubalis, & de Capizucchis, vt in notabilibus à Pisaurensi * annotatum reperitur, eandem opinionem, coram me, in vna Romana fideicommissi etiam de Bubalis, secuti fuerunt ferè omnes Domini, pro qua vnus ex Dominis allegauit satis concludentem rationem D. Caroli Ruyni sui Præceptoris: nam si testator, relicta tãtùm filio legitima, potest de cæteris bonis suis ad libitum suum disponere, quare est, quòd in illis non possit Trebellianicam, & omnem detractionem prohibere? Et tantò magis in causa coram me, poterat opinio hæc iustificari, quia fideicommissum erat post mortem filij, scilicet, si filius hæres sine filijs decesserit, quo casu non ipse filius, sed eius hæres videtur grauatus,* ad not. per Bart. in l. qui duos, de vulg. & pupill.

* De quo Gabr.cõcl.1.n.4.& seq.ad Trebell.

*Quib' ad de Rolã.a Valle cõs.26.li.3 & cõs.5.vbi latissimè lib.4. Bursat q eã magis cõem, & hodie vsu, & ĩ praxi receptã inquit cons.348.nu.28.lib.4.

*Decii.Simone.ẽ oĩũ 128. al.88.li.2.ad de Cassa.d.4. de test. plures congerit. Marza. de fideicõ.q 49. Thob.cõs.90

* Gab.cõc.12 ad Treb. Bursat.cons.385 num.5. lib.4.

EPITOME.

Testamentum dictatum per patrem inter filios, sed nondum publicatum, non valet.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum imperfectum ex defectu voluntatis inter liberos non valet, secus ex defectu solemnitatis.*

2 *Voluntas faciendi, & facere, sunt diuersa.*

DECISIO III. aliàs 164.

TEstator * in vna Firmana hæreditatis coram me, dictauit voluntatem suam inter liberos, quam à quodã Notario, qui eam in scriptis redegerat, fecit sibi legi, & deinde dixit, (stà bene, domane lo publicaremo) Ad requisitionem autem vxoris eum rogantis, vt tunc sine mora publicare vellet, respondit, (chiama tu li testimonij,) & antequã venissent, decessit. Fuit dubitatum, An valeret testamentum, vt inter liberos,idest An fuerit tantùm defectus solemnitatis, An verò voluntatis, quo casu
1 etiam inter liberos † non valeret, ad not.per glo.in l.si is qui, de test.& in l.fin.C.fam.hercis.& primam opinionem, quòd sit tantùm defectus solemnitatis, voluisse testes adhiberi, & per consequens pro validitate testamenti fuerunt quatuor ex Dominis, secuti opinionem Imol. in c. cũ esses, de testam. per Bart. in d.l.si is qui, & in l. fideicommissum, §.1. de leg.3. Alex. in l.hac consultissima, §.ex imperfecto, & ibi latè per Ias. C.de test. Aret.d.l.is qui, qui dicunt hanc opinionem * magis communem, de qua plenè per Barbat.in c.relatum, el 1.col.14.n.22. de test. Aliam verò par-
2 tem, scilicet pro inualiditate testamenti, & quòd sit defectus voluntatis,

* De hac materia latè Natt.in §. ex imperfecto. hic alleg. q. 28. Caphal. cons. 294.

*Alios alleg. Gabr. de testa. concl. 9. num.8.

2 ex quo voluit testes adhiberi, &, quòd per consequens, sit voluntas ✝ faciendi, non autem sit facere testamentum, tenuerunt alij quinque Domini, vt magis veram, & communiorem, de qua per Oldrad. cons. 119. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. compendiosè, referēdo ita fuisse aliàs iudicatum, & Io. de Anan. in cons. 57. & Pet. de Ancha. d. c. cum esses. Paul. de Castr. cons. 450. lib. 2. incip. Visa dicti facti narratione, latè per Dec. cons. 159. qui dicit de hac opinione non esse dubitandum, & per eundem plenè in cons. 488. * Ideo propter votorum contrarietatem, nolui in ea causa, ex isto capite, & ex vno voto tantùm exuberante, pronunciare.

*Alios refert Gab. vbi supra n. 3 Clar. §. testamentū q. 7. & q. 9. quibus adde Paris. consil. 146. lib. 4.

EPITOME.

Nouerca quid consequatur vigore l. hac ædictali, C. de sec. nupt.

SVMMARIVM.

1 *L. hac ædictali, C. de secundis nupt. multis modis declaratur.*

2 *Filius priùs legitimam detrabit, & postea reliquum cum nouerca æqualiter diuidit.*

DECISIO IV. aliàs 27. lib. 2.

1 L. hac ædictali ✝ de secund. nupt. licèt varijs modis per Doct. intelligatur, vt, videlicet, nouerca tantum consequatur quantum est illud relictum * factum filio primi matrimonij quantumcunque minimum, & non ampliùs, de quo per Corn. cons. 33. & 44. & 118. vol. 1. & cons. 51. vol. 4. vbi dicit, quòd hæc opinio satis conuenit litteræ l. hac ædictali. Alij verò dixerunt, etiam consequi illud, quod vigore l. omnimodo, C. de inoff. test. filius consequitur, scilicet, integram legitimam, & sic tantundem nouerca consequatur. Alij autem existimarunt, vt æqualis omnium rerum fiat diuisio, idest, vt tantum habeat nouerca, quantum filius, & tantum filius, quantum nouerca, vt per glo. in d. l. hac ædictali, in ver. diuidi, & ibi Bald. col. 5. vers. amplius, & Cyn. col. 2. Petr. de Bellapert. col. pen. Io. de Anan. cons. 67. incip. viso puncto. & ibi per Bologn. in addit. & Alex. cons. 158. vol. 5. post Iacob. de Rauen. & Salyc. in d. l. hac ædictali, & Angel. in l. quoniam præteritæ, C. eod. Tamen maior pars Dominorum in vna Maioricensi hæreditatis coram D. Mohedano, alia, & quartam opinionem veriorem secuti sunt, vti communiorem, à qua in consulendo, & iudicando non videtur recedendum, de qua per Bart. Bald. & Castrens. in l. 1. C. de reuoc. donat. per tex. in §. optimè, in auth. de nupt. & ibi glo. Iac. de Beluis. in 2. opp. & Ang. circa fin. & per Iac. Butrig. Alberic. & Alex. in addit. ad Bald. in d. l. hac ædictali, & ibi etiam per Bald. & per Fulgos. cons. 97. col. 2. Socin. in cons. 35. col. vlt. vers. circa tertium dubium, vol. 4. & per Dec. cons. 246. col. 1. in fi. cum seq. post Bald. cons. 22. quadā D. Nicolina, in fi. vol. 5. Castrens. cons. 150. viso casu, & allegationibus, col. 3. lib. 2. vt scilicet ante omnia filius, ✝ siue filia, deducat legitimā tanquam præcipuam,

2 postea verò cætera bona æqualiter inter ipsum, & nouercam diuidantur.

* In eadem causa vide Io. Paul. dec. 1. & de materia Mohed. decis. 1. hoc tit. Gab. cōc. 4 de secund. nupt.

EPI-

EPITOME.

Vsusfructus omnium, & singulorum bonorum, relictus vxori, extantibus filijs, resoluitur in alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus omnium bonorum vxori relictus vocando eam dominam, &c. extantibus filijs, resoluitur in alimenta.*
2 *Limitatur si de coniecturata mente testatoris aliter appareat, vt si plenum & integrum vsumfr. relinquat.*
3 *Vsusfructus certa rei legatus vxori, importat verum vsumfructum.*
4 *Verbum, singulorum, est distributiuum, & idem operatur, ac si omnia essent specialiter nominata. declara num.* 8.
5 *Alimenta, si relinquantur vxori, & deinde vsusfructus, intelligitur de vero, & pleno vsufructu.*
6 *Verba non debent esse sine effectu operandi.*
7 *Pater non præsumitur velle priuare filium omnibus bonis in vita matris.*

DECISIO V. aliàs 49. lib. 2.

1 Vsusfructus * † relictus vxori relinquēdo ipsam Dominā, Massariam, & vsufructuariam, qui stantibus filijs resoluitur in alimenta tātùm, iuxta not. per Bart. & communiter Doct. in l. Titia cum testamento, §. fin. de leg. 2. & in l. 1. & in auth. hoc locum, C. si secund. nupt. mul. & per Angel. in tract. de testam. vers. item reliquit D. Ioannam vxorem &c. per Domin. & alios in c. si pater, in princ. de testam. in 6. per Corn. cons. 173. vol. 3. per Ias. cons. 65. vers. circa quintum, vol. 1. etiam si sit dictum, omnium bonorum, vt per Iasonem allegantem plures in l. cum hi, §. si in singulos annos, in si ff. de transactio. & in cons. 90. vol. 1. post Angel. cons. 97. col. 3. vers. eis
2 autem viuentibus, quod, quia limitatur, † quando de coniecturata mente testatoris aliter appareret, scilicet, quòd plenum, & integrum vsumfructum voluerit relinquere, ad cons. Paul. de Castr. 218. quòd vxor. lib. 1. & cons. Dec. 418. & 454. Fuit dubitatum in vna Bonon. bonorum coram D. Raynaldo. An satis de huiusmodi coniecturata testatoris mente constaret per hæc verba, relinquo vsumfructum omnium, & singulorum bonorum, quòd licet videretur auctoritate, & ratione dicendum, primò, per
3 cons. Socin. 1. in 2. dub. vol. 4.* Secundò, ratione, quia sicut † quando vxori relinquitur vsusfructus certæ rei, habet merum vsumfructum, vt per Bald. in l. vlt. C. de indict. viduit. toll. col. 1. vers. item potest hic quæri, & col. 3. vers. si verò testator declarauerit certas res. Idem dicendum videbatur,
4 quando omnium bonorum vsusfructus est relictus, † addito hoc verbo, singulorum, quòd cum sit distributiuum, operatur, ac si omnia bona essent specialiter nominata, ad l. huiusmodi, §. pen. de leg. 1. & l. scire, de verb. obl.
5 Et quia, sicut quando priùs relinquuntur vxori alimenta, † & deinde vsus-
6 fructus, intelligitur de vero, & pleno vsufructu, ea sola ratione, ne verba † sint

* De materia Gab. de vsuf. concl. 2.

* Gozadin. cons. 47. n. 6. vers. quintò.

sint sine effectu operandi, ad cons. Alex. 214. in fin. vol. 6. Idem etiam videretur de supradicto verbo, singulorum. Nihilominus Domini contrarium tenuerunt, vt, scilicet, etiam stantibus supradictis verbis, alimenta sola legata viderentur, ex quo militabat ratio considerata per omnes Docto-
7 res, quia scilicet non est verisimile testatorem voluisse priuare ✝ filium in vita matris omnibus fructibus. Quæ ratio, quãdo vnius rei tantùm vsusfructus erat relictus, cessabat, & ideo dicebatur non obstare primam ra-
8 tionem, arg. not. in l. quæ de tota, ff. de rei vend. & verbum, singulorum, ✝ satis operabitur, quòd in omnibus bonis, & in eorum qualibet parte, alimenta propria auctoritate percipere valebit, ad not. per Doct. in d. l. Titia, §. Titia, & vbique vbi supra. Nec auctoritas Socin. in d. cons. 1. obstat, nam ex lectione illius apparet, quòd non ex illis verbis, sed ex pluribus alijs (de quibus ibi) mouetur, quæ verba cum alimentis compati non poterant. Ex quibus satis de mente testatoris constabat, non alimenta, sed vsumfructum testatorem reliquisse.

EPITOME.

Alienandi facultas, diuisione, etiam cum verbis de quibus hic, data non censetur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisione non causatur renunciatio fideicommissi, etiam facta cum verbis de quibus hic.*
2 *Alienandi facultate data, & secuta, non ad ipsam rem, sed ad pretium tantùm agi potest.*
3 *Procurator in rem suam, vel cum libera, alienare potest.*
4 *Verba, quicquid voluerit faciendum, important facultatem alienandi.*
5 *Dictio, quicquid, generalitatem, & omnem modum comprehendit.*
6 *Omninò idem importat, quod præcisè, & sine diminutione.*
7 *Verbum, pleno iure, rem fideicommisso non subiectam denotare videtur, & proprietatem, & vsumfructum. vide num. 11. & 17.*
8 *Verbum, perpetuò, idem significat, quod in infinitum. vide num. 12. & 19.*
9 *Alienandi facultas, An feudatario data videatur, per illa verba, quicquid placuerit faciendum. & num. 16.*
10 *Verba generalia debẽt intelligi iuxtà naturã actus super quo interponũtur.*
13 *Diuisione res fiunt pro diuiso.*
14 *Clausula generales nihil potius operantur, quàm inducant aliquid, quòd sit contra naturam actus, super quo interponuntur.*
15 *Actore non verificante narrata, reus absoluitur.*
18 *Trebellianica non tollitur per verba diuisionis pleno iure, &c.*
20 *Crotus in §. duo fratres, declaratur.*

DECISIO VI. aliàs 31. lib. 2.

* Vide latiss. Gab. cõcl 1. d fideic. Mohe.

1 DIuisio, ✝ quæ regulariter,* secundùm communem opinionem, non causat renunciationem fideicom missi, ad l. cum pater, §. hæreditatem,

tem, de leg.2. & not.in l.tres fratres, de pact. & l.filiusfamilias, §.diui, de leg.1.l.qui Romæ, §.duo fratres, de verb.oblig. quando facta est cum istis verbis, ad habendum, tenendum, & quicquid voluerit deinceps omninò, & perpetuò faciendum, & quòd res diuisæ pleno iure ad alterum pertineant, cum clausula renunciationis omnium iurium &c. vsque in præsentem diem &c. quod licet propter ista verba vltima non videatur etiam fideicommisso renunciatum, ad conf. Corn.340.vol.1.& conf. Dec.86.Tamen in vna Bonon. fideicommissi coram D. Mohedano, videbatur, quòd d.24 d̄ rensi. Marza. de fideicō. q.59. Alciat.consi. 80. lib 9.
2 saltem videretur data facultas alienandi, ita quòd alienatione secuta, † non ad ipsam rem, sed ad pretium tantùm agi possit, ad Bart. in d.§.duo fratres, in 8.q. Videbatur enim ex illis verbis, quodammodo quis consti-
3 tutus procurator † in rem suam, vt dicunt in terminis Bart.Ang.& Doct. in d.§.duo fratres, vel procurator cum libera, ad not. per Bald.in l.fin. in princ. C.quod cum eo, &c. & Philipp.Franc. in c.qui ad agendum, in fin. de procur. in 6. & per consequens, quòd possit alienare, ad l. procurator cum libera, & ibi Bart. de procurat. & Abb. in c.petitio, col.2. eod.tit. &
4 Alex. conf.44.col.1. lib.2. maximè propter verbum, faciendum, † quod alienationem importat, ad l.verbum facere, & l.faciendi verbo, de verb.
5 signif. iuncto verbo geminato, quicquid, † quod generalitatem, & omnem modum comprehendit, ad l. quicquid, C.arbitr.tut. & l. quicquid astringendæ, de verb.oblig. & per Bald.in l.in fideicommissi, §.nonnunquam, de
6 vsur. & Felyn. in c.de quarta, col.3. de præsc. & iuncto verbo, omninò, † quod idem est dicere quod præcisè, & sine diminutione, ad not. in c. ordi-
7 narij, de off. ord. in 6. accedebat & verbum, pleno iure, † quod rem non subiectam fideicommisso denotare videbatur, ad not. per Socin.conf.43.
8 col.3.vol.4. & Felyn. in c.conquestus, de for.compet.ac verbum † perpetuò, & sic in infinitum, ad conf.Socin.84.vol.3. & Anchar.conf.27.col.pen. Pro quibus etiam allegabatur conf. Signor.10.vbi ex illis verbis, quicquid
9 † placuerit faciendi, in materia feudi, in quo est de iure alienatio prohibita, tenet esse datam Vassallo alienandi facultatem, & quod not.Crot.d. §.duo fratres, in d. 8.q. in terminis nostris. Quibus tamen non obstantibus, maior pars Dominorum fuit, quòd nec alienandi facultas data videretur, non enim sine mysterio Bart.in d.8.q. vltra verbū, ad habendum, &c. ponit etiam verbum, alienandi &c. quasi denotet, quod sine illo, ex alijs verbis alienandi potestas data non fuisset, arg.l.vnicæ, C.de cad.toll.nec in casu superiori est aliquod mandatum specificè in rem suam, vt in alio casu Bart. nec ex superioribus verbis tacitè, vel in genere conceditur, licèt enim, quando materia subiecta pateretur, hoc possent importare, ad superiùs allegata, tamen, cùm, vt supra dictum est, materia diuisionis non inducat de se, nec sit proportionabilis ad alienandi facultatem, superiora
10 verba generalia † debent intelligi iuxta actus naturam, super quo interponuntur, ad l.si vno, ff.locati, & l.si stipulatus, ff.de vsur cum vulgaribus, prout in verbis inducentibus aliàs mandatum in rem suam, notat Alex. in l.in prouinciali, §.si ego, col.3.vers. conclusiuè puto, de nou. op. nunc.

M 3 tacitè

tacitè enim inerat, quòd pleno iure res diuisæ ad alterũ spectarent, iuxtà
11 diuisionem pleno iure, videlicet † quò ad proprietatem, & vsumfructum, ad not. per Bald. in l. mater, in 2. not. C. ad Tertull. & quòd perpetuò sint,
12 intelligitur, idest non ad tempus, sed secundùm tempus præsens, † quòd attenditur perpetuò, quia adhuc dies, & conditio fideicommissi non venerant: non enim intendebant, vt supradictum est, fideicommisso renunciare, propter illa verba, vsque in præsentem diem. Item dabantur res ad habendum, tenendum &c. & quòd in illis quicquid voluerit, alter fa-
13 cere possit, res enim alterius fiunt † pro diuiso ex diuisione, Vnde rerum suarum vnusquisque est moderator, & arbiter, & de eis quicquid vult facere potest, ad vulg. l. in re mandata, C. mandat. Est ergo expressio eorum, quæ inerant, quod operari aliquid non debet, ad vulg. l. 3. de leg. 1. & ita
14 per istam rationem tenet clausulas generales † in diuisione nihil operari, Dec. consl. 495. col. 5. & potiùs dicendum est verba nihil operari, quàm, quòd aliquid, quod sit contra naturam actus, super quo interponuntur, inducant, vt per Bald. in rub. de contrah. empt. q. 9. Et in terminis clausularum positarum in diuisione, not. Alex. consl. 21. col. 3. vers. non obstat quòd verba debent aliquid operari, vol. 5. & Cuman. consl. 109. in fin. vers. non obstat quod hoc nihil operatur. istudq. satis considerat Signorol. d. consl. 10. vers. item illa, col. 2. qui licèt in fi. col. in primam sententiam redeat, non tamen ex eo, quod velit ex illis verbis, quicquid voluerit, vel
15 placuerit, induci alienandi licentiam, sed quia in illo casu, actore † non verificante narrata, reus absoluitur, vt ipsemet ibidem rectè inspicien. dicit num. 5. Vnde non sine mysterio Doct. ad hoc, vt licentia alienandi
16 † data esse videatur, considerant, & requirunt addi hæc verba, pro se, & quibus dederit,* vt per Bald. in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. & per Ang. d. §. duo fratres, & Ias. in l. 3. col. 3. vers. contrarium est verum, C. de iur. emphyt. & sine illis aliæ clausulæ, & ad habendum &c. & de non contraueniendo, & de euictione, intelliguntur, vt & aliæ, de quibus supra, videlicet, secundùm naturam diuisionis, non quòd illam alterent, & vltra statum præsentem operentur ad ius futurũ, ad not. per Bald. consl. 18. Nobilis vir, vol. 3. & Ias. d. §. duo fratres, col. 10. cum seq. post Bart. ibi, & per
17 Capran. consl. 89. Fulgos. consl. 41. & Signor. consl. 117. & licèt verba, † pleno iure, possint habere interpretationem, de qua supra, propriè tamen etiam verificantur quando res est restitutioni subiecta, ad l. generaliter, ff. de fideicomm. lib. per quem text. quòd tale verbum non det potestatem alienandi, tenet Bald. in l. voluntas, col. fin. in princ. vers. nunquid res, C. de fideicomm. ad quod etiam est textus in l. generaliter, ff. qui & à quib. & not. Bald. & Salyc. per illum tex. in l. si ancillam, C. de act. empt. & not. Angel.
18 in l. Iulianus, in fi. per illum tex. de rei vend. & facit, quia nec † Trebellianicam tollere videtur,* ad not. per Paul. de Castr. & Doct. in auth. sed cum testator, C. ad l. falcid. Vnde bene, & in proposito dicendum est, vt accipiantur secundùm subiectam materiam, vt per Felyn. in c. auditis, col. 2.
19 cum duabus seqq. de præscrip. & idē de verbo † perpetuò, ad not. per Ias. post

* De quo Clar. §. feudũ, q. 31 vers. vlterius qro. Idem in emphyteota. Dec. cōs. 164. n. 3. idē Clar. §. emphyteosis, q. 13. vers. vlterius.

* Vide Gabr. concl. 9. ad Trebellian.

post alios in l.2.C.de iur.emphyt. num.160. & seq. aliàs intelligendo, vt supra in contrarium dictum fuit, in infinitum, & c. ex dicto verbo fuisset etiam fideicommisso renunciatum, quod fuisset contra mentem disponentium, propter illa verba, vsque in præsentem diem, & idem de alio verbo, 20 omninò. Et ex istis respondetur ad id quod not. † Crot. supra alleg. in d. §. duo fratres, quia in casu suo talia verba restrictiua non aderant, & quia ipse ex potestate alienandi data, tenet fideicommisso esse renunciatum, quod est contra communē, vt per Bart. in d. §. duo fratres, & ibi per Alex. & in cons.8.col.fin.vol.5. Corn.cons.340.vol.1.& Rom.cons.403. Et quia etiam in casu suo, pro se, & hæredibus quibuscunque, facultas talis erat concessa, negari enim non potest, quin ex facultatis alienandi concessione, præiudicaretur diuidenti, saltem quò ad rem alienatam, quā ampliùs vt restitutioni subiectam petere non posset, Vnde, cùm ex illis verbis, vsque in præsentem diem, appareat noluisse diuidentes sibi in iure futuro præiudicare, quod nec est præsumendum, non videbatur in dubio dicendum, quòd contracta, & facta ad diuisionem rei communis, inducerent præiudicium, & damnum in iure proprio, videlicet petendi rem ratione sui fideicommissi, vt dicit Signorol. d. cons.117.

DE SVCCESSIONIBVS.

EPITOME.

Adoptatus ab auo materno non excludit substitutum, testatore prohibente, ne filiæ fœminæ, vel nepotes ex eis succedant.

DECISIO I. aliàs 22.

QVando testator expressè prohibuit filias fœminas succedere, & etiã nepotes masculos ex eis, fuit conclusum, quòd tunc adoptatus * ab auo materno, non excludat substitutum, ne sit in facultate hæredis, contra voluntatem testatoris, alium facere admitti, & substitutum excludi, arg. l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr. Dec cons.399. & ita tentum fuit in vna Placentina hæreditatis coram D. Ludouico, Non obstantibus pluribus, quæ in contrarium allegabantur, quæ breuitatis causa omitto.

* Quãdo adoptatus excludat substitutũ latè Illustriss D. Car. Mantica de coniect. vlt. vol. li.11.c.8.

EPITOME.

Bulla Sixti, & Leonis loquens de successione spurij passiuè, intelligitur etiam actiuè, & comprehendit etiam Clericos in causa intestati.

SVMMARIVM.

1 *Matri prouisum est per Orficianũ post Tertullianũ, ad maiorem cautelam.*
2 *Bulla Sixti, & Leonis, de success. incapacium est fauorabilis.*
Causa testati trahitur ad caus. intestati in fauorabilibus, & de vna ad aliam fit extensio.
3 *Comprehensio fit de casu ad casum ex finali ratione expressa militante.*

4 *Extensio licèt non fiat de persona ad personam, fit tamen de casu ad casum, multò magis comprehensio.*

DECISIO II. aliàs 218.

SVccessio concessa per bullam Sixti, & Leonis, quæ videtur loqui, vt spurio, & aliàs incapaci succedatur, extenditur etiam, vt è cõtra spurius, & aliàs incapax alijs ipse succedat, ad l. si ab eo, C. de leg. hæred. §. filium, & §. pen. in authen. quib mod. nat. effic. sui. per Salyc. in auth. defuncto, in fi. C. ad Tertull. Non obstat, quòd post Tertullianum, aliàs fuerit
1 matri † prouisum per Orficianum, cùm id fuerit ad abundantiorem cautelam, & maiorem declarationem, secundùm Dominos in vna Romana domus coram D. Aragonia. Immo secundùm eosdem, eadem Bulla, quæ licèt in causa testati loquatur tàm de laicis, quàm de clericis, sed in cau-
2 sa intestati † de laicis tantùm, quia reputarunt illam fauorabilem, propter procemium, quod est propter decorem vrbis, ad vulg. l. qui exceptionem, de cond. indeb. l. fin. de hæred. instit. iunctis, quæ ex his dicit Dec. cons. 301. col. 2. extensa etiam fuit in clericis ad causam intestati, vel vt
3 potiùs comprehensio, † ex finali ratione expressa militante, diceretur, ad cons. Cald. 1. vt lit. pend. Ita vt de laicis magis, ratione frequentioris
4 vsus fuerit expressum. Non obstat extensionem † non fieri de persona ad personam, ad not. in c. 1. de off. deleg. per Aret. & alios in l. Gallus, §. & quid si tantùm, col. 5. de lib. & posthum. & Ias. in l. cum res, de leg. 1. cùm in tali casu non extensio, sed comprehensio dici debeat, nec de persona ad personam, scilicet, de laicis ad clericos, sed potiùs de casu ad casum, scilicet de causa testati, ad causam intestati.

DE PAROCHIIS.

EPITOME.

Regula reuocatoria vnionum non cõprehendit erectionẽ certæ ecclesiæ in collegiatam.

SVMMARIVM.

1 *Regula reuocatoria vnionum, quomodo procedat, num. 3.*
2 *Dos est necessaria ad erectionem collegiatæ.*
3 *Regula reuocatoria futurorum non reuocat dependentia à præterito.*

DECISIO I. aliàs 141.

* Facit Mohed decis. 7. de priuileg. Put. d. 337. li. 1. Acorab. dec 5 lib 1. Thã. dec. 41.

REgula, * quæ reuocat omnes vniones, suppressiones, & extinctiones beneficiorum, quæ tamen ad hũc effectum sortitæ non fuerunt, Domini fuerunt, quòd non reuocaret illam, de qua supra decis. 138. al. fin. de præsumpt. quia cùm illa suppressio, vel extinctio facta fuerit pro dote ec-
1 clesiæ erectæ in collegiatam, quæ dos † cùm sit necessaria, ad decis. 874. al. 1. de eccl. edif. in antiq. & sic accessoria ad erectionem, & cùm erectio valeat, nec per aliquam regulam reuocetur, congruum est, quòd etiã acceso-

cessorium eius naturam sequatur, l.vlt. & ibi Bart. C. per quas pers.nob.
2 acquir. & clem.2. & ibi Card.de præbend. & ideo † reuocatoria futurorum non comprehendit futurum, habens dependentiam à præterito, ad
3 not. per Felyn. in c.vlt.de constit. Item, & secundò, quia regula † loquitur quando aliquod corpus beneficij extinguitur, & alteri applicatur. Sed in casu, de quo ibi, erat vna ecclesia, cui deseruiebatur per duos, & erecta in collegiatam, idem corpus beneficij remanet, & deseruitur nunc per plures, & sic plura de vno fiunt beneficia, Ex quo sequitur etiam, quòd ratio regulæ cessare videtur, nam ex alia ratione non videtur emanasse, nisi quia per tales suppressiones diminuitur cultus diuinus, & potestas Ordinarij conferendi, sed in casu superiori vtrunque augetur, vt patet ad sensum.

EPITOME.

Vnio ad vitam facta à Papa, inducit reseruationem, ita quòd ea dissoluta Ordinarius non potest conferre.

DECISIO II. aliàs 177.

VNio * facta à Papa, de beneficio vacante, ad vitam, inducit reseruationem, ita vt ea dissoluta Ordinarius prouidere non possit propter appositionem manus Papæ, sicut dicimus in Commenda, ad vulg. consil. Rom. 350. in 3. col. & arg. c. vt nostrum, de appell. & per Rom. consi. 335. post princ. secundùm omnes in vna Bracharen. coram D. Pisauren. Et ita aliàs, secundùm antiquos Dominos, Rota iudicauit, distinguendo, An vnio fuerit facta de beneficio vacante, & non pleno, & non dicatur tunc conferre, sed manum apponere, Aut de beneficio iam collato, & pleno, & tunc vnio potiùs dicitur palliata dispensatio, ad not. per Gemin. consi. 38. quæ non inducit reseruationem. Quæ tamen distinctio videtur esse contra decis. 101. al. 4. supra de præbend.

* Vide Cassa d. 2. super reg. de vnionib.

EPITOME.

Regula reuocatoria vnionum, exceptis, quæ per Ordinarium fieri possunt, non reuocat vnionem factam dignitati in illius erectione.

DECISIO III. aliàs 215.

REgula reuocatoria omnium vnionum, exceptis illis, quæ per Ordinarium fieri possunt, non videtur, quòd reuocet vnionem parochialis factam dignitati in erectione ipsius dignitatis, quia talis videtur, quòd per Ordinarium fieri valeat, vt sentit decis. 3. de reb. eccl. nõ alie. in antiq. Vnde ex hoc Domini in eadem qua supra, * & quia agebatur spolio nomine dignitatis, & probabatur possedisse parochialem vt vnitã, fuerunt pro sufficienti colore tituli, probata vnione, non obstante superiori reuocatione.

* Decis. 11. de procur.

DE

DE DECIMIS.

EPITOME.

Decimæ noualium parochialis debentur Monasterio probanti per immemorabile tempus in ea parochia decimas percepisse.

SVMMARIVM.

1 *Decima cui debentur, etiam noualium debentur.*
2 *Laici non præscribunt decimas, nec priuilegij præsumptionem super earum perceptione habent.*
3 *Possessio immemorabilis in eo, qui decimas possidere potest, facit præsumi priuilegium.*

DECISIO I. aliàs 108.

* Facit Put. decis 237.& 366. lib.2.

* c. ad audientiam de cler. non resid. c. cum contingat, de deci. Put. d. 371. lib 1.& infra decis.seq.

* Caputaq.d. 241. & 242. li.1.impress.

REctor * parochialis ecclesiæ fundans se in iure communi,* petebat coram me, in vna Burgen decimarum, ab Abbate, & Conuentu S. Barbaræ, decimas noualium suæ parochiæ, quas dicebat iniustè, per Abbatem, & Conuentum colligi. Allegabatur exaduerso priuilegium colli-
1 gendi decimas † cōpetere eis in dicta parochiali,& per consequens etiam deberi eis decimas noualium, ad c.ex parte, il 2. cum ibi not.de decimis; & ad hoc probandū allegabant, & probabant, se per immemorabile tem-
2 pus eas possedisse, quo casu, licèt in laicis † non deberet induci præscriptio,* nec priuilegij præsumptio, quia non datur in eis possessio, ad glo.in c. illud 93. dist. & ad c.causam de præscript. tamen in eo, qui potest eas
3 possidere, facit possessio † tanti temporis præsumi priuilegium, ad c.1.de præscrip. in 6.& glo.in c.super quibusdam, de verb.sign. Ant. de Butr. in c. peruenit, de censib. Alex.in cons. 6. vol.1. qui idem tenent contra id quod primo dixeram, etiam non data possessione, quia non fundatur quis in præscriptione, sed priuilegio præsumpto,vnde sufficit,secundùm eos,vsus, & consuetudo,scilicet, quòd per tantum tempus sit ita semper factum, & in hanc partem inclinarunt omnes, quòd daretur Abbati, & Conuentui absolutoria,etiam in noualibus,quæ licèt præscribi non potuerint,nec per tantum tempus possideri, ex quo debentur de possessionibus de nouo redactis ad culturam,tamen data possessione antiquarum,& per cōsequens dato priuilegio eas colligendi, sequitur in consequentiam idem in noualibus,ad d.c.ex parte.

EPITOME.

Decimæ debentur rectori ecclesiæ, cui parochialis vnita est, & non perpetuo Vicario, cui congrua tantùm portio assignari debet.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus super decimis habet fundatam intentionem de iure com. declara tamen, vt hic.*

Fructus

2 *Fructus beneficij spectant ad verum Rectorem.*
3 *Vicario debetur congrua portio fructuum.*

DECISIO II. aliàs 65. lib. 2.

1 Vicarius + perpetuus, * qui habet curam animarum, & spiritualium, licèt, ad c.cum secundùm, de præbend. videatur etiam habere super decimis fundatam intentionem de iure communi, ad glos. in ver. necessitas, in c.exposuisti, eod.tit.& ad decis. 341.al.5. de off. Vicar. in antiq. pro quo & Card.in clem.vnica, q.9.ver.oppono ad hanc solutionem, eo. tit. &
2 in c.1.col.17.extra eod. Tamen, cùm omnes fructus + spectent de iure ad
3 verum Rectorem, & ideo Vicarius etiam perpetuus tantùm congruam + debeat habere portionem, ad c.extirpandæ, §.qui verò, & ibi per Abb. in vers. nota ibi, congruentem, de præb. etiam respectu decimarum, ad not. per Imol.in clem.1.col.vlt.vers.vlterius quærit, & ibi per Card. col.4.vers. 15. quæritur, de iure patron. quod probatur in d.c. extirpandæ, in princ. & in c.1.iuncta glo.de præben.in 6. vbi, quia super decimis assignata fuerat parua portio non sufficiens Vicario, iura volunt ei esse assignandam congruentem: Domini.in vna Bellicen. decimarum coram D. Marco Antonio, fuerunt, quòd præsupposita bona, & valida vnione rectoriæ, Vicarius perpetuus contra Rectorem non benè egisset ad omnes decimas, ad not. per Bonif.de Vital.in clem.1.col.vlt. vers.conclusio 16.nu.114.de decim.& tex. in c.G.perpetuus, de fid.instrum. vbi secundùm intellectũ Host. relatum per Ant. de Butr. ideo Vicarius perpetuus agebat ad decimas, quia ei erant assignatæ, Et ita decisio Rotæ, & alia in contrarium intelligantur. debebat autem petere sibi congruentem portionem assignari, quam Domini dixerunt in sententia illi esse reseruandam.

*In eadē causa vide dec. Mohe 5.hoc tit. facit Caputaq d.339. li.3.impress. Rebuff. de cong.port.q. fin.n.107. & seq.

DE IVRE PATRONATVS.

EPITOME.

Ius patronatus certæ personæ præsumitur esse ex fundatione, sed si alicuius familiæ, vel vniuersitatis, præsumitur ex vsurpatione.

SVMMARIVM.

1 *Vsurpatio non præsumitur.*
2 *Priuilegium est facti, & ob id non præsumitur.*
3 *Ecclesiæ fiunt ex eleemosynis plurimũ, & sic nõ animo reseruãdi ius patronat'.*

DECISIO I. aliàs 13.

Pars in suis litteris confitebatur beneficium esse iuris patronatus laicorum cuiusdã familiæ, siue domus, & Pontifex derogauerat ei, quatenus ex dotatione, vel fundatione, pro parte, aliàs in totum. Dubitabatur quomodo in dubio præsumeretur, & licèt, ad not. per Abb.cons.76. vol.2. & in c.querelam, de elec. videatur præsumi ex fundatione, ex quo, vt ipse dicit, ecclesia non nascitur, tamen quia ista ratio est nimis generalis,

lis, quia per hoc omnia beneficia præsumerētur esse iurispatronatus; Ideo Domini antiqui dixerunt, prout in collectis suis attestabatur D. Pisauren. quòd hoc procedebat, quando allegabatur ius patronatus esse particularis personæ, ex quo tunc, quia beneficia non nascuntur, & quia delictum,
1 † idest vsurpatio non præsumitur, ad l. merito, ff. pro soc. & quia priuile-
2 gium † est facti, quod etiam non præsumitur, quòd præsumatur ex fundatione. Sin autem diceretur esse alicuius familiæ, vel vniuersitatis, tunc quia non ita de facili plures conueniunt ad ædificandum, aut construen-
3 dum ecclesiam, præsumitur ex vsurpatione, * quia regulariter † ecclesiæ solent fieri ex eleemosynis plurium, & sic non animo reseruandi sibi ius patronatus, concludentiores tamen rationes non vidi, Ideo &c.

* Idē Mohe. d. 2. hoc tit. Put. d. 205 li. 1. idē ī Imperatore. Put. d. 39. & 60. li. 1. idē in Infante Portugallię Put. d. 57 li. 1. idē ī Rege Aragonū. Mohed. d. 10 hoc tit idē in quolibet nobili potēte, vt sunt Romæ Illustriss D. Vrsini, Tholom. d. 86 & Illustriss D Columnæ, Caput d. 128 lib 1 & fuit latè discussum, & resolutum in vna Sabinen. beneficiorū 15. Decemb. 1582. vt in d. 199 li. 2. impress Venet corā R. P. D. Aldobr. tunc Rotæ Auditore, nūc Sanctiss D. N. Clemente Papa VIII. quem D. O. M. diù nobis incolumem seruet, & in illa decis. declaratur Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 9 & vide Menoch. de præsump. lib. 3. c. 90. Achill. d. 4 hoc tit.

EPITOME.

Iuris patronatus quasi possessio probatur ex consensu vnius ex patronis, qui solus ex pluribus præsentauit.

DECISIO II. aliàs 27.

Consensus vnius ex patronis,* probat quasi possessionem iuris patronatus, ad cons. Abb. 54. lib. 1. & hoc tenuerunt hoc anno ferè omnes Domini in vna Vercellen. parochialis de la Motta, licèt in contrariū videatur Dec. cons. 149. ad quod respondebat D. Pisauren. quòd Dec. mouebatur ex eo, quia consensus non poterat acquirere quasi possessionem, nisi in eo, in quo apponebatur: tamen hoc bene procederet, quando daretur alius possessor iuris patronatus, ad Abb. in d. cons. 54. col. 2. & cons. 76. lib. 2. per c. auditis, & c. cum olim, de præscrip. sed quando non est alius, tunc vnus actus iuris patronatus inducit quasi possessionē in toto. Abb. in c. 1. de religios. domib. & Dec. in cons. 134. Feder. cons. 234. alias sequeretur, quòd reliquum ius patronatus esset in pendenti, quod est absurdum, & in simili materia vide Abb. in c. dilectus, in fin. de capell. Monachorum.

* Vide Lamberti. de iur. patr. li 1. par. 2. art. 16. 3 q. principalis.

EPITOME.

Ius patronatus fundatum à laico relictum quatuor laicis, & vni clerico, dicitur laicale.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quando ecclesiasticum, vel laicale dicatur, seu seculare.*
2 *Vocati sub nomine collectiuo, veniunt pro vna voce.*
3 *Qualitas, quæ fauet ecclesiæ, attendi debet.*
4 *Iuripatronatus mixto passim Papa derogat.*

DECI-

DECISIO III. aliàs 156.

1 IVs patronatus * † ex fundatione laici relictum quatuor ex senioribus antianorum, & Præposito talis ecclesiæ, quia pro parte Præpositi dicitur Ecclesiasticum, licèt relictum à laico, ad c.vni.cum glos. de iur.patr. in 6. & Abb. in c. de Monachis, de præbend. Si illi quatuor haberent separatim vnusquisque vnam vocem, & Præpositus vnam aliam, ratione maioris partis vocum, posset ius patronatus dici laicorum, ad not. per Io.de Lign. in c.dilectus, el 3. de præbend. & Felyn.in c.ex litteris, de constit. arg.not.per Bald.in l.vlt.de colleg. illicit. cum alijs, de quibus per Rochũ de Curte in tract.de iure patr.in ver.ius, n.16.vers.secunda quæstio accessoria, licèt ipse ibi contrarium tenere videatur. Tamen, quia potest du-
2 bitari, An illi quatuor sint vocati † sub nomine collectiuo, quo casu venirent pro vna voce tantùm, ad not.in l.fin. C. de impub. & al. subst. quo casu pro dimidia esset laicale, & pro dimidia Ecclesiasticum: Dubitatum fuit in vna Casalen. coram D. Piccolomineo, quæ qualitas magis attendatur, ad effectum, An gratia expectatiua beneficium illud comprehendat, & videbatur dicendum Ecclesiasticam attendi, per decis. 166. al.46. de concess. præb. in antiq. vt magis dignum trahat ad se minus dignum, ad not.in c.per tuas, de arbitr. & c.quod in dubijs, de consecr.eccl.vel altar. Tamen quia contra illam decis. tenet Felyn.in tract. quando litteræ Apostolicæ noc.patro. vers. ampliatur sexto, per not. per Abb.in c.vlt.de iure patr. & Feder.cons.61. incip. infrascriptæ, arg.l.si cõmunem, ff.quemadm. ser. amitt. quam decis. Felyn. etiam aliàs Rota tenuit per rationes
3 suas, vt attendatur illa qualitas † quæ magis fauet ecclesiæ, & eam sequitur Roch.in d.tract.de iure patr.in ver. ius. vers. est prima pœna, n.15. allegans not. per Abb. in c. super quæstionum, §. si verò, de off. deleg. Ideo omnes Domini fuerunt, vt dicatur laicale, ad hoc vt derogatio requiratur, & expectatiua non comprehendat, licèt quando est ius patronatus
4 † mixtum, per Papam hodie passim in Curia derogetur.

* Vide Mohed.d.9.hoc tit. Lambertin.de iu.patro. li.1 par. 1. art.6. q.1.

EPITOME.

Ius patronatus relictum Rectori ecclesiæ, & incolis, pro medietate erit Rectoris, & pro alia incolarum.

DECISIO IV. aliàs 192.

IVs patronatus relictum Rectori ecclesiæ, & incolis loci, vel parochianis, pro medietate erit Rectoris, & pro alia Incolarum, secundùm Dominos in vna Salamantina Capellaniæ, coram me. ad l. fin. cum ibi latè not. per Doct. maximè Ias. in 1.col. C.de impub. & alijs substit. & l. interdum, in princ. vbi glos. & Doct. de hæred. instit.

EPITOME.

Præsentatio vnica facta à laico inducit quasi possess. & ideò si non negetur iuspatronatus, valet alia sequens præsentatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest spiritualia possidere.*
2 *Quasi possessio non acquiritur sine titulo.*

DECISIO V. aliàs 199.

* Vide Lambertin. de iu. patr. lib. 2. q. princip. art. 11. & art. 17.

PRæsentatio vnica * facta à laico, de persona illius, per cuius obitum vacauit beneficium, & sic vltimus status, licèt aliàs non deberet ope-
1 rari quasi possessionem, cùm laico † ius resistat, quòd talia spiritualia possit possidere, ad c. sacrosancta, & c. massana, de elect. nec acquiratur
2 ei quasi possessio † sine titulo, ad not. per Bart. in l. celsus, de vsucap. & in l. fin. C. vnde vi, & in specie in iure patronatus per Cald. cons. 13. sub tit. de iur. patr. latè per Doct. in c. cum ecclesia Sutrina, de caus. poss. & prop. Tamen Domini in vna Treueren. parochialis coram D. Ludouico tenuerunt, (licèt aliqui essent contra,) quòd vigore dictæ quasi possessionis sequens præsentatio valeret, ad c. cōsultationibus, cum ibi not. de iur. patr. ex quo in causa illa non negabatur per partes beneficium esse iuris patronatus, quia vtraque dicebat ius patronatus ad se spectare, Immo, & pars aduersa fatebatur, etiam istum, qui vltima vice præsentauerat, esse patronum, sed allegabat non esse in turno suo, vigore cuiusdā concordiæ antiquitùs factæ, quo casu cessare videbatur (secundùm Dominos) argumentum contrarium, scilicet, malæ fidei præsumptio, quia scilicet ius resistebat laicis, de quo per Alex. latè in cons. 71. vol. 4. & decis. nostrā 7. de iur. patr. in nou. per Roch. in suo tract. verb. competens, q. 14. ex quo, vt dixi, constabat per assertionem partium, & alia, beneficium non esse liberum, sed iuris patronatus.

EPITOME.

Nominatus, ante præsentationem & institutionem, si capiat possessionem, celebret missas, benedicat aquam, & eam aspergat super sepulturam fundatoris, amittit omne ius, & efficitur inhabilis, iuxta c. auaritiæ. & c. fin. de elect. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Cap. auaritiæ, de elect. in 6. intellectus per totam decis. maximè num. 12.*
Dispositio pœnalis non extendenda.
2 *Præsentatus largo modo, & non propriè dicitur electus.*
3 *Dignitatum appellatione non comprehenduntur beneficia.*
4 *Administratio dicitur propriè in dignitatibus, ideò in simplicibus beneficijs non datur, nisi respectu dotis. num. 5.*
6 *Pœna imposita ipso iure, ad casum non expressum non est extendenda.*
7 *Opinionibus pluribus relatis vltima videtur probata.*
Fallit vt ibi num. 8.
9 *Nominatus Ordinario, & non præsentatus, nullum ius acquirit.*
10 *Priuatio non cadit in iure, quod quis non habet.*
11 *Pœnitere quando liceat, & num. 18.*

C. qua-

13 *C. qualiter de elect. habet locum in omnibus beneficijs. & omnes comprehendit num. 14. & habet locum ipso iure. num. 15.*
16 *Dictio, Nullus, est vniuersalis, omnes comprehendens.*
17 *Actus vnus sufficit ad incurren. pœnas d. c. auaritiæ.*
20 *Ius nouum veniens ad antiqui executionem, dicitur coadiuuare, & ob id potius fauorabile est, quàm odiosum.*
21 *Verbum, latiùs, quid importet.*
22 *Extensio fauore animæ fit etiam in odiosis.*

DECISIO VI. aliàs 187.

NOminatus * à patronis, ante præsentationem, & institutionem, tanquam capellanus, accepit possessionem capellaniæ, ad quam erat nominatus, & die sequenti, animo continuandi suam possessionem, celebrauit missam in ea, prout capellanus ex forma à fundatore data facere tenebatur, aspersitq. aquam benedictam super corpus ipsius fundatoris. Ex his in vna Salamantina Capellaniæ de Padiernis, coram me, dubitatum fuit, An inciderit in pœnam, c. auaritiæ, de elect. in 6. vt ipso iure ex hoc priuatus, ad eandem capellaniam inhabilis, etiam secuta postmodum præsentatione, & institutione redderetur. Quod prima facie non vi-
1 debatur dicendum pluribus ex rationibus, Prima, quia cùm dispositio † d.c. auaritiæ sit pœnalis, non debebat extendi, sed merè in casu suo, in quo loquitur, intelligi, ad glo. in verbo, eisdem, in clem. 2. de æt. & qual. ex quo ex multis videbatur sequi, non habere locum in casu nostro, Pri-
2 mò, quia loquitur in electo; & præsentatus † largo modo, & non propriè, dicitur electus, ad not. per Abb. in c. 2. & c. nobis, de iur. patron. Secundò,
3 quia loquitur in dignitatibus, † sub quibus non comprehenduntur cætera beneficia, ad not. per Card. & Doct. in d. clem. 2. & ita videtur tenere Gemin. in d. c. auaritiæ, in fi. Confirmatur, quia loquitur in ingerente se ad-
4 ministrationi, quæ datur propriè † in dignitatibus, ad c. voluntas 80. dist.
5 & not. in d. clem. 2. Tertiò, quia in istis simplicibus beneficijs † non videtur dari administratio, nisi respectu dotis, ad not. per Gemin. in c. præsenti, in 3. col. de offic. ord. in 6. Vnde, cùm iste nullos fructus perceperit, non videtur ex sola possessionis apprehensione priuari debere, ex not. per Lap. alleg. 101. col. 5. Gemin. in cap. eum qui, §. insuper, col. 2. & ibi per Philipp. col. 1. de præbend. in 6. per Doct. in c. dudum, de elect. per Felyn. in c. postulasti, in 3. & vlt. col. de rescript. Vel non ipso iure, prout disponitur in d. c. auaritiæ, ad not. per Philipp. & Mar. Socin. in c. veniens, in princ.
6 de accus. Quartò, quia pœna † imposita in d. c. vt dixi, est ipso iure, Ideo non videtur ad casum non expressum extendenda, ad §. optimum, in auth. de non eligen. secundo nub. & glo. in c. fin. de iur. patron. & hanc primam rationem sentire videntur Domin. Archid. & Io. Andr. in d. c. auaritiæ, quòd scilicet propter pœnam non sit extendenda: Secunda ratione principali, quæ etiam posset cadere sub prima, quia dispositio d. c. loquitur, quando quæsito colore quis administrat, vt ibi in textu, quod non fuerat in

* Vide Lambertin. de iu. pat. li. 2. par. 2. art. 11. q. 5. latè Hieron. Gabr. conf. 199. lib. 1.

in casu nostro. Et quòd hoc requiri videatur, tenet Io. Monach. relatus per glo. ibi, quæ dicit opinionem istam sibi placere, quam etiam sequitur ibi Lap. & Collect. & Petr. de Anchar. in c. qualiter, de elect. & glos. Archid.Gemin.& Io.Andr. in c.auaritiæ, non videntur se firmare. Et licèt
7 contrariam opinionem vltimo loco recitent, ✝ quo casu illam videntur sequi, ad glo.in l.qui filium, §.Sabinus, ad Trebell. Bart. in l. bona fides,
8 ff. deposit. tamen hoc fallit, ✝ quando vltima saperet rigorem, & prima æquitatem, ad cons.Aret.164. & Dec. in c.1. de constit. in fin. & Ias. in l. si idem, §.fin.de iurisd.omn.iud. prout in casu nostro, ex quo per primam excluditur correctio, & pœna, ad not.per glos. & Doct. in l. cotem ferro, §.qui maximos, in vers. compellantur, de publican. & in l. si tibi, in fin. si cert. pet. Tertia ratione, quia cum in casu nostro esset tantùm nomina-
9 tus, ✝ & adhuc Ordinario non præsentatus, & sic nullum adhuc ius acquisitum, nec etiam ius ad rem habebat, ad not.per Abb. in c.fin.de iur.patr.
10 & decis.3.eo.tit.in nou.non videbatur posse priuari aliquo iure, ✝ vt in d. c.auaritiæ,in ver.priuatos, ex quo nullum aderat: pro quo facit cons. Oldrad. 246. in fine, iunctis rationibus, de quibus ibi per eum. Quarta ratione, quia cùm non vlteriùs continuauerit, nullum alium actum postea faciendo, primò petendo alium capellanum, interim pendente lite, & iudicio, deputari, videbatur pœnituisse ipsum, & cùm tunc tempore pœni-
11 tentiæ ✝ nulli alteri,etiam aduersario, ex quo ex post consecutus erat ius, fiebat præiudicium, & quia agitur ciuiliter, & quia pœna est ipso iure,videbatur excusandus ab ea,ad not. per Felyn.in c.1.col.2.vers.fallit primo, & vers. fallit quarto, & vers. fallit septimo, de præsumpt. & per Philipp. Franch. in c.1. col.3. de homicid. in 6. nec per missæ celebrationem, aut aquæ benedictæ aspersionem, dicendum videbatur in pœnam incidisse, arg.d.cons.Oldra.246. quod loquitur in benedictione facta populo. Quibus tamen non obstantibus, contrariam opinionem secuti fuerunt Domini, vrgentioribus, & verioribus rationibus, tenentes dispositionem d. c.
12 auaritiæ, ✝ habere locum etiam in præsentato, secuti opinionem Curt. in tract. de iure patr. in vers. honorificum, q.39. & Gemin. in d.c.auaritiæ, in vlt.col. & Phil.Franc.in 1.col. post Lap.alleg.8.& etiam in nominato, cui, licèt ius aliquod non posset dici quæsitum, quod possit amittere, tamen quia ex pœna d.c.auaritiæ, secundùm Doct. ibi, inducitur, & causatur etiam inhabilitas ad consequendum ampliùs ex post ius aliquod ad beneficium, vel in beneficio, quam iste poterit incurrere, vt saltem illud, quod vigore nominationis habebat, scilicet, quòd eius vigore poterat præsentari, amittere possit,ita,vt ampliùs præsentari,& institui nequeat, maior enim videtur auaritiæ cæcitas, quæ in se ingerendo consideratur in d.c.in eo, qui solùm nominatus, non expectando se præsentari, & institui, administrat, quàm in eo, qui præsentationem expectauit, & omnes etiam aliæ rationes, de quibus per Bald. in d.c.qualiter, de elect.militare
13 videntur. Tenentes etiam d.c. ✝ locum sibi vendicare in omnibus beneficijs, secuti opinionem Franch. ibi in 1.col.contra Gemin. quam fortè
tenet

14 tenet etiam Archid. dum in 1.col. propter vniuersalem, † nullus, dicitur comprehendi quemcunque electum ad regimen cuiuscunque ecclesiæ, & tenere videntur Bald. & Card. in d. c. qualiter, & idem Card. & Ant. de Butr. in c.nosti, eo.tit. & alij quamplures in diuersis locis, in eo quod di-
15 cunt pœnam d.c.qualiter, hodie habere locum † ipso iure, per c.auaritię, cùm d. c. qualiter loquatur in omnibus beneficijs, vt ibi patet, & dicit
16 Gemin.in d.c.auaritiæ, in fin. Tenentes † & tertiò, d. c. procedere etiam quando simpliciter, & nullo quæsito colore, quis administrat, secuti opinionem Garsiæ, & Archid. quam glos. ibi dicit veriorem, & idem dicit Bald. & Ant. de Butr. in d.c.nosti, & Abb. in d.c. qualiter, dicens hãc esse veriorem, & communiorem, & est de mente Oldrad.in d.cons.in casu per eum posito, & Alex.23.dist.col.7. in fin. dum allegat d. tex. & etiam omnium, vt supra, dicentium, pœnam d.c.qualiter, hodie habere locum ipso iure, quod tamen loquitur etiam quando nullo alio quæsito colore. Et per ista ad maiorem partem allegatorum in contrarium responsum videtur. Nec obstat, quòd iste talia faciendo non administrauerit, quia celebrando missam, vt capellanus, in diuinis satis dicitur administrasse, ad alleg. per Gemin.in d.c.præsenti, vt supra, quod prohibetur per d. c. ibi, in spiritualibus, vel temporalibus, & quia fecit animo continuandi possessionem suam, & vt actus, qui conueniebant capellano tantùm ex tenore fundationis, satis dicitur se ingessisse, ad d.cons.Oldrad. dum de benedictione solemni loquitur, & facit decis. Ægid. 429. nec alia fructuum perceptio videtur requiri, quia non ex eo, quòd intrusus est, dicitur inhabilitatus, ad not.in d.c.postulasti, sed ex eo, quia ingessit se administrationi,
17 & ad hoc vnicus † actus tantùm sufficere videtur, prout dicunt omnes, qui in eo, qui minimam rem attigerit, exemplificant, & in eo, qui semel
18 tantùm peccauit: nec erit pœnitentiæ † locus, propter actum iam perfectum, & consumatum, & effectum priuationis, & inhabilitatis iam secutum, ad not. per Felyn. in c.1.de præsumpt. Et ad generalem rationem contrariam, quòd scilicet, quia sumus in pœnalibus, non est extendenda materia; Responderi potest, quòd scilicet Doctores communiter extendunt eam, nec sine ratione, nam cùm per ius antiquum, quis, se ingerẽdo, incurrebat eandem pœnam, sed erat priuandus per sententiam, Ius no-
20 uum priuans ipso iure, venit non ad correctionem, sed † executionem iuris antiqui, non enim ius nouum est illud, quod talem pœnam imponit, sed exequendo dat sententiam. Ideo dicitur coadiuuare potiùs, vt ibi considerat Philipp.Franch. in 1.col. dum reprehendit Gemin. Pro quo fa-
21 cit verbum † latiùs, ibi in textu positum, & cùm agatur de fauore animæ, & ecclesiarum, vt scilicet tollatur ambitio, etiam si essemus in correctorijs, esset extensio facienda, ad not. per glos. & Bart. in auth. sacramenta puberum, C.si aduers. vend. Ias.in l.si quis maior. col.2. in fin.C.de transact.latè per Crotum in l.omnes populi, num.189. de iust.& iur.facit quod dicit Roch.in d.q.39. in verbo, honorificum, ad glos. in c. sciant cuncti, de elect. in 6.

N EPI-

EPITOME.

Noua prouisio, cum clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, facta præsentato de genere tantùm, alio existente de genere, & nomine, iuxta fundationem valet.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, pro vna vice tantùm, potest de consensu patroni instituere non habentem requisita per fundatorem. quod declaratur.*

2 *Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, est exceptiua, & quomodo intelligatur.*

DECISIO VII. aliàs 205.

* Vide Lambertin de iu. patr. lib. 2. q. 7. primę par. art. 30.

PRæsentari debebat,* secundùm tenorem fundationis, vnus de genere, & nomine ipsius testatoris; patronus tamen, relicto vno, qui tantùm aderat de genere, & nomine, præsentauit alium de genere tantùm, qui ab Episcopo institutus obtinuit etiam à S.D.N. nouam prouisionem, narrãdo tenorem fundationis, & litem inter ipsum, & alium de nomine, & genere in partibus, cum derogatione iuris patronatus propter litem, Vnde coram D. Camillo in vna Gebenn. fuit dubitatum, An talis noua prouisio possit canonizari, opponente se altero de genere, & nomine. Et licèt aliqui voluerint etiam primam institutionem Episcopi valuisse, ex quo,
1 pro vna † vice tantùm, potest Episcopus de consensu patroni instituere aliquem non habentem requisita per fundatorem, de quo per Felyn. in c. cum accessissent, 8. col. de constit. tamen hoc procedere poterat, quando soli voluntati testatoris, vel fundatoris præiudicabatur, vt puta quòd debeat esse talis ætatis, talis conditionis, &c. In casu autem nostro ex quo vnus solus aderat habens requisita per fundatorem, & sic ille debebat omninò de iure præsentari, dicitur illi fieri præiudicium, quasi quòd dicatur habere ius, saltem ad rem, ex quo ipsi certæ personæ conferri debebat, arg. c. si postquam, de præbend. in 6. Quo stante, nec noua prouisio suffraga-
2 tur, cùm in ea sit exceptio, † dummodo alteri non sit ius quæsitum, quod intelligitur etiam de iure ad rem, ad decis. Ægid. 167. & ista ratione aliqui moti fuerunt. Maior tamen pars Dominorum fuit pro noua prouisione, & quòd tale ius non dicatur ad rem considerabile, vt per præsentationem, vel electionem, de quo iure loquitur d. decis. vt latè per Felyn. in c. causam quæ, col. pen. ver. clausula anteferri, de rescript. Et quia cùm tenor fundationis, & lis, & oppositio alterius de genere, & nomine, fuerit Papæ narrata, qua non obstante contulit cũ derogatione: & illa clausula, dummodo non sit ius quæsitum, intelligitur, aliàs* quàm ex narratis, ad consil. Gemin. 88. col. pen.

* Simile supra dec. 1. de cõfir. vtil. vel inutil. & intelligitur de iure in re nõ autẽ de iure ad rem. Caputaq. d. 337 n. 6. li. 1. ipsi.

EPITOME.

Derogatio iuris patronatus, etiam Regum, non est necessaria super beneficio litigioso.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Mentio specifica de Regibus fieri debet.*
2 *Mentio patronorum non est necessaria propter litem.*

DECISIO VIII. aliàs 219.

LIte pendente, coram me, in vna Agrigentina * Decanatus, possessor obtinuit gratiam si neutri, contra quam actor inhabilis, (quia naturalis,* & non clericus præsentatus,& per consequens malè, seu nulliter) ab Imperatore patrono opponebatur non habere sufficientem iuris patronatus derogationem: Primò, quia licèt in gratia esset derogatio iuris
1 patronatus, non tamen aliquid expressum erat de Regibus, * † prout de eis specifica mentio fieri debuerat, & propter regulam Cancellariæ, & de iure communi, ad not. per Felyn. in tract. quand. litt. Apost. no. pa. col. 5. vers. ampliatur 8. Secundò, quia licèt posset teneri, quòd propter litē non
2 esset aliqua mentio necessaria, † cùm omninò patroni essent impediti,ad consf. Cald. 1. vt lit. pend. & Gemin. post Lap. in c. 1. in princ. vt lit. pend. in 6. & recolit D. Cassad. in decisionibus suis * ita Rotam aliàs iudicasse in iure patronatus etiam Regis Scotiæ, Tamen in casu superiori videtur derogationem necessariam fore, & aliàs non præiudicari patrono, ex quo etiam lite pendente poterat præsentare vnum ex collitigantibus, * quia tunc cessare videtur ratio c. si hi contra quos, & tenet Roch. in tract. de iure patr. in ver. honorificum, in 23. q. & videtur de mente Philip. Franc. in d. c. 1. in glo. pen. vt lit. pend. in 6. Quo tamen non obstante,quia in contrarium est communis opinio, vt per Roch. ibi. & Philipp. Franch. in d. c. 1. in fin. vt lit. pend. in 6. quia in casu de quo supra, etiam collitigans propter eius inhabilitatem præsentari de nouo non valebat,& quia si præsentaretur, lis non cessaret, vt considerat Roch. quinimò protraheretur in longum, contra d. c. si hi contra quos. Domini fuerunt pro validitate gratiæ, & iurispatronatus derogatione non esse necessariam propter litem.

* De qua supra decis. 13. de probat.
* Laberti de iu. patr. li. 2. art. 7. & 11. q. 7. par. 1.
* Barbat. cōs. 23. col. 8. li. 1. Lambert. de iu. pat lib. 2. par. 3. q. 9. art. 11.
* Est decis. 3. vt lite pend.
* Et quid si derogatū sit litigioso. Ca putaq. d. 127. lib. 2.

EPITOME.

Ius patronatus fundatum per beneficiatum habentem etiam bona patrimonialia, in dubio non præsumitur Ecclesiasticum, si laici sunt in quasi possessione præsentandi.

S V M M A R I V M.

1 *Laici existen. in quasi possessione iuris patronatus, à beneficiato habente etiam bona patrimonialia fundato, transferunt onus probandi in aduersarium, quòd sit Ecclesiasticum.*
2 *Narranti incumbit onus probandi narrata.*

DECISIO IX. aliàs 2. lib. 2.

IVs patronatus fundatum per beneficiatum habentem etiam bona patrimonialia,* quando est in dubio ex quibus bonis dicatur fundatum,

* Vide Lambertin de iu. pat. lib 1. p 1. q. 8 art. 7 Gā bar. dec. 53.

licèt posset dici, quòd ex Ecclesiasticis, ad not. per Felyn. in c. ex litteris, col. 2. de constit. tamen, quia dictum illud reprehenditur per Roch. in tract. iuris patronatus, verb. ius, in pen. quæst. & forte non malè: Domini ex alio capite in vna Conchen. capellaniæ coram D. Mohedano,* scilicet quia laici ✝ erant in quasi possessione * præsentandi, & sic iuris patronatus, tenuerunt aduersario in isto casu incumbere onus probandi, quòd sit ex bonis Ecclesiasticis, ad glo. in c. sint manifestæ res, in vers. probantur, in fin. 12. q. 1. & in c. 1. 12. q. 5. & Abb. in c. cum esses, col. 12. vers. tertio principaliter quæro, de testam. glo. in l. cum oportet, vers. ex eius substantia, C. de bon. quæ lib. Alex. cons. 101. & 116. vol. 7. Accedebat etiam, quòd aduersarius, vt obtineret derogationem talis iuris patronatus, in gratia sua narrauerat, talem capellaniam pro maiori parte ex bonis Ecclesiasticis dotatam, quo casu narranti ✝ incumbit onus probandi, & verificandi narrata, ad not. per Io. Andr. in c. 1. de lit. contest. in 6. & Dec. in c. constitutus, de rescript. per c. 2. eod. tit.

* Vt apud ipsum Mohed. d. 9 hoc tit.

1

* Puc. d. 228. li. 2. & d. 90. lib. 3. Achill. d. 1. hoc tit.

2

EPITOME.

Patronus post præsentationem vnius ante litem, non poterit post litem, cumulando, præsentare collitigantem alias voces patronorum non habentem.

DECISIO X. aliàs 22. lib. 2.

PAtronus,* (qui lite pendente impeditur præsentare, siue variando cumulare, ad not. per Calder. cons. 18. de iure patr. & 1. vt lit. pend. & per Lap. Domin. & Franc. in c. 1. in fin. & c. 2. vt lite pend. in 6. Butr. in c. pastoralis, de iure patr.) non poterit post præsentationem factam de vno ante litem, post litem cumulare præsentando collitigantem alias voces patronorum non habentem. Nec obstat, quod not. Roch. in tract. iuris patr. in ver. honorificum, 23. q. & Lambert. in suo tractatu iuris patronatus 12. art. 6. quæst. princip. prima par. 2. lib. col. penul. quia in casu suo, per variationem de collitigante lis finitur, & cessat ratio, c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. In superiori autem, potiùs daretur occasio litigandi, & ne tam citò lis decidatur, secundùm Dominos in vna Barchinonen. beneficij coram me.

* Vide Lap. alleg. 22. nu. 3 & ibi adden. in ver. renunciante. Gomes. super reg. de subrogand. q. 13.

EPITOME.

Patronus, etiam laicus, præsentans criminosum vel aliàs indignum, priuatur ea vice potestate iterum præsentandi.

DECISIO XI. aliàs 41. lib. 2.

PAtronus, etiam laicus, scienter præsentans criminosum, vel aliàs indignum, (non obstantibus quæ dicuntur per glos. Io. Andr. & Imol. in c. cum vos, de off. ord. Archid. in c. 1. de præbend. in 6. Abb. in c. cum propter, de iur. patr. in 4. differ.) secundùm Dominos in vna Barchinonensi Beneficij sancti Christophori coram me, priuatur ea vice potestate

iterum

iterum præsentandi, ad not. per Roch. in tract. iuris patr. in vers. honorificum, q.4. vers. si autem præsentatus, & Rot. decis. 262. al. 5. de iure patr. in nou. & Ægid. 172. & 751. & notat Abb. in d. c. cum vos, & Hostien. in sum. eo. tit. & Innoc. in c. proposuit, de fil. presb. & Dom. & Franc. in d. c. 1. de iure patr. in 6. & Io. de Lign. in clem. 1. eod. tit. Bart. in l. cùm quidã, de leg. 2. & in l. 2. §. 1. de opt. leg. per Barbat. cons. 33. col. 6. in 5. dubio vol. 2. & alios, de quibus per Cæsarem Lambert. in tract. de iure patr. 1. parte secundi libri, q. 10. art. 4. col. 5. in fi. cum seq. & per Henrich. Boich. in c. auditis, de elect. & per Collectan. in d. c. cùm vos.

EPITOME.

Institutio non facta iuxtà dispositionem c. vlt. de elect. in 6. annullatur, remanet tamen salua præsentatio in tempore facta.

SVMMARIVM.

1 *Cap. vlt. de elect. in 6. loquens de electione, extenditur ad præsentationem. & num. 2.*

3 *Institutione annullata, præsentatio in tempore facta, remanet salua.*

DECISIO XII. alias 58. lib. 2.

INstitutio non facta iuxtà dispositionem c. vlt. de elect. in 6. licèt videa-
1 tur debere dici nulla, cùm tex. ille † loquens de elect. extendatur cõmuniter per Doct. ad præsentationem, vt per glos. 1. ibi in fin. & cæteros scribentes, & Roch. in tract. iuris patronatus, in ver. honorificum, q. 2. & q. 38. & hanc dicit esse communem opinionem, Lambert. in tract. iuris patr art. 2. q. 6. princ. 2. par. lib. 2. & in 12. art. eiusdem quæstionis, & hoc Moderni Domini tenuissent in vna nullius parochialis, coram D. Arago-
2 nia; Quia tamen in contrarium videtur decisio † Ægid. 620. quæ hoc restringit tantùm, quando esset consuetudo in loco tale edictum proponendi, & ita aliqui antiqui Domini dixerunt Rotam in iudicando tenuisse, Dubitauerunt Domini à tali communi opinione recedere, nisi manifestiùs ostenderetur Rotam contrariam opinionem semper secutam: Talis nihilominus quæstio secundùm aliquos non erat necessariò in illa causa
3 proponenda, quia si solùm institutio † per dispositionem d. c. fin. annullaretur, remaneret salua præsentatio in tempore facta, quæ benè poterit per Auditorem admitti, & institutio de nouo fieri, ad clem. Auditor. de rescript. & decis. Aegid. 621.

Alias decisiones ad hunc tit. facien. habes sup. de dilation. decis. 11. & 12.

DE CENSIBVS.

EPITOME.

Censualis res potiùs in dubio præsumitur, quàm emphyteutica.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, quod potest se habere ad censum, & emphyteusim, in dubio attenditur contra illum, qui se fundat in eo.*
2 *Probatio dubia non releuat.*

DECISIO I. aliàs 33. lib. 2.

*Adde Gambar decis 33 de quo Mascard.concl. 281. distinguit Berous videndus q. fam.14.

CEnsualis res potiùs in dubio præsumitur,* quàm emphyteutica, secundùm Dominos in vna Romana Vineæ coram D. Raynaldo, ad doctrinam Alber. communiter approbatam, in l.2.nu.13. vers. quid de quæstione, C.de iur.emphyt. & ibi Ias. col.11.vers.tertio quæro, n.42. & Dec. cons.138. & cons.146 & per Imol. in c.ad audientiam, col.2. de reb.eccl. non alien. & per Hippolyt.de Marsil. sing.95. & Socin.cons.266.col.10.n.
1 28 vol.2. siue enim constet de instrumento, & si est dubium, † An possit se habere ad censum, & ad emphyteusim, in dubio attenditur contra illum, qui se in instrumento fundat, ad l. labeo, & l. si in emptione, de contrah. empt. & not.in l.quicquid adstringendæ, de verb. oblig. siue constat tantùm de solutione per tot, & tot annos facta, & tunc, quia potest se habere ad diuersa, scilicet ad canonem, & censum, non debet ex hoc induci rem
2 caducitati subiectam esse; cùm dubia † probatio, quando potest se ad plura habere, non releuet, ad c. in præsentia, de probat. & ita ex hoc notat Abb. per illum text. in c.vlt.de caus.poss. & propriet. & in c.2. & c.peruenit, de censibus.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

EPITOME.

Filius non præsumitur ex marito natus, concurrentibus coniecturis de quibus hic.

DECISIO I. aliàs 118.

* Vide in simili Mohed. d.1.& 2 hoc tit.& de materia latè Gabriel cõcl.14 de præsump. Mascard. de prob. concl. 788 Alc præsump 37. regul 3.

FIlius natus ex muliere maritata, etiam adultera, & meretrice, licèt præsumatur mariti filius,* ad l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui, vel al.iur. & l. si vicinis, C.de nup.& l.miles, §. defuncto, ff.de adult.& c.per tuas, cum ibi not. de prob. & Cyn. in d.l.si vicinis, qui hoc extendit etiam si mulier in lupanari prostitueretur. Si tamen illa mulier erat concubina alterius, retenta ab illo in domo, & ille, & mater, & filius, asserant esse filium concubinarij, nec maritus contradicat, & pro filio illius reputetur à vicinis, præsumitur filius concubinarij. secundùm omnes in vna Placentina bonorum de Todeschis coram D. Pisaurensi, ad quod vide elegans cons. Paul.de Castr.115. incip. super primo, col.3.vers.super vltimo, lib.1. Corn.cons.1.col.1.vol.3.Capr.cons.2.in princ.Alex.cons.88.n.7. lib.7. Anchar.cons.225.dub.2. Barbat.cons.68.vol.4.

DE

DE SECVNDIS NVPTIIS.

EPITOME.

Mulier secundò nubens, & dans in dotem omnia bona sua præsentia, & futura, cum clausula constituti: si super hæreditate sibi obuenta postea transigat cum alijs, non præiudicat marito.

SVMMARIVM.

1 *Dos, etiã de futuris bonis comprehendit hæreditatem postea obuenientem.*
2 *Dos data priori marito videtur tacitè data secundo.*
3 *Mulier transigens, quando præiudicet marito quò ad dotem.*
4 *Dotis dominium An transeat sine traditione, & num. 5.*
6 *Clausulæ constituti effectus, si duobus sit res eadem promissa.*
7 *Dispositio l. 3. C. de nouat. non præiudicat habenti ius reale.*
8 *Cessio secunda, quando non noceat primo cessionario.*

DECISIO I. aliàs 203.

MVlier, in quadam causa Vercellensi hæreditatis coram D. Piccolomineo, secundo loco nubens, dedit omnia bona, & iura sua præsentia, & futura in dotem, prout potest, ad notata per Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. per Alexan. in l. de diuisione, 1. col.
1 sol. matrim. quo casu † venit etiam hæreditas futura, ad l. 3. §. cum specialiter, & l. si societatem vniuersarum, ff. pro socio. Doct. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. non poss. (Non obstãtibus notatis per Bart in l. post emancipationem, §. illud, de lib. leg. in l. si vxor, §. diuus, ad l. Iul. de adult.) constituitq. se nomine mariti possidere, quod trahitur etiam ad bona futura, vt per Alex. Socin. & Ias. in l. 3. §. in certam, de acquir. possess. Et licèt ista datio dotis videatur potiùs augmentum dotis, cùm constante ma-
2 trimonio facta fuerit, & cùm dos data † priori marito videretur huic secundo, tempore contracti matrimonij, tacitè promissa, ad l. pen. §. vxor, & ibi per Doct. sol. matr. & cùm non esset facta æquiualens donatio propter nuptias à marito, posset dubitari de validitate, ad notata in auth. de æqualitate dotis. Tamen, ex quo à muliere nunquam fuerat petita, hoc non obstabat, ad notata per Bald. Nouell. in tract. de dot. in 8. spe. seu priuilegio dotis, 7. par. scilicet de his quæ tempus contracti matrimonij concernunt, col. 2. vers. quia responderi potest, ad not. per glos. & Doct. in auth. dos data, C. de don. ante nupt. & ibi per Bald. in vers. sed saltem oppono, Obuentaque, & adita hæreditate transegit super ea sine mariti
3 consensu cum quibusdam, quod videbatur etiam marito † præiudicare, ad l. fin. de transact. quia non eramus in aliquo ex tribus casibus, de quibus in l. 3. C. de nouatio. notant Doct. in l. si cum emptore, de pact. Tantò magis, quia licèt hæreditas talis priùs esset marito in dotem data, tamen ex quo tradita erat transigentibus per mulierem, illi videbantur

4 præferendi, ad l. quoties, C. de rei vendic. Et quia etiam in dote ✝ sine traditione dominium non transit, ad l. de diuisione, cum ibi not. sol. matr. Et tunc demum quando est in maritum dominium translatũ dicitur res dotalis, ad l. dotale, §. dotalem, de fund. dot. & licèt maritus reuocet transactionem, vel venditionem per vxorem factam, ratio est, quia ipse est dominus, ad l. doce ancillam, C. de rei vendic. & l. si prædium, C. de iur. dot. tenendo tamen, vt supra, constitutum operari, etiam in ista hæreditate obuenta, cessarent omnia, quia & maritus esset anterior in habendo possessionem, quia, secundùm omnes in d. l. quoties, primus habẽs
5 ✝ clausulam constituti præfertur. * Item per talem fictam traditionem esset effectus dominus, ad l. quædam, de rei vendic. & glo. in l. ab emptione, de pact. igitur transactio vxoris esset nulla, ad d. l. doce ancillam, cum
6 simil. quia dispositio ✝ d. l. 3. C. de nouat. non habet locum, vt præiudicetur habenti ius reale, vt declarat Socin. in cons. 101. col. fin. vol. 3. Itẽ quia fuit probata scientia huiusmodi dationis in dotem transigentium cum
7 vxore, & cùm secunda cessio in transactione facta fuerit in vtilitatem ✝ cessionarij, non præiudicat primo, præsertim si cedens, (vt in casu nostro) ex quo omnia in dotem dederat, aliàs soluendo non est, ad l. filiæ, in fin. de sol. Alb. in l. fin. C. de procur. Ias. in d. l. si cum emptore, post alios, de pact. per Doct. in d. l. fin. de transact. per Socin. in d. cons. 101. in fine. Fuerunt, & aliæ generales rationes, quas hìc breuitatis causa, omitto.

* Tiraqu. de iur. cõstit in princ. Gabr. concl. 2 n 18 de empt. & vend.

Hìc caderet titulus de Accusationibus, sub quo poni posset decisio 2. infra de Simonia, priorem tamen impressionem non mutare magis placuit.

DE SIMONIA.

EPITOME.

Mandata ad resignandum, & retrocedendum cum regressu, & alijs vt hic, facta eodem tempore, sunt simoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Actus, quando præsumantur correspectiui ad inducen. simoniam.*
2 *Resignationes debent esse liberæ, & sine conditione, & pacto.*

DECISIO I. aliàs 78.

Eodem die, & loco, & coram eodem Notario & testibus reperiebantur plura mandata, * vnum ad resignandum, alterum resignatarij ad retrocedendum, alterum primi resignantis ad consentiendum regressui, aliud etiam separatum, vbi inter eos erat conuentum sub quibusdam pa-
1 ctis; Qui dicta pacta ✝ & mandata præsumuntur correspectiua, vnũ scilicet ratione alterius, ad not. per Bart. in l. pen. §. si vir. in fin. & Bald. in §. si mulier, sol. matr. per Doct. in l. lecta, si cert. pet. & Felyn. in c. pastoralis, 4. col. de rescript. & facit quod notat Salyc. in l. per diuersas, in 6. q. C. mandat. Domini habuerunt regressum pro simoniaco, cùm resignationes ✝ de-

* Vide & hac materia Mohed. d. 3. hoc tit. Put. d 440 lib 1. & dec. 171. & 490. l. b. 2. & 214. lib. 3.

2 † debeant esse liberæ, & sine conditione, & pacto, ad c. ex parte, el 1. de off. deleg. quod allegat Felyn. in c. ad audientiam, el 2. in 2. & 3. col. de rescript. & hoc in vna Gerunden. custodiæ coram D. Camillo.

EPITOME.

Agens ciuiliter, vt aduersarius priuetur beneficio, licèt non debeat se inscribere ad pœnam talionis, ad extraordinariam tamen pœnam debet se inscribere.

SVMMARIVM.

1 *Ciuiliter agi dicitur, si ad beneficij priuationem agatur.*

2 *Inscriptio ad pœnam talionis, nisi criminaliter agatur, non requiritur. agens tamen ciuiliter ad priuationem, debet se ad pœnam extraordinariam inscribere.*

DECISIO II. aliàs 161.

1 IMpetrans certo modo, deducens postea simoniam, ad effectum, vt aduersarius declaretur priuatus beneficio, & sic † ciuiliter, ad c. per tuas, in fin. de simon. & decis. 420. al. 35. de procur. in nou. licèt non debeat se inscribere ad pœnam talionis, cùm criminaliter non agatur, ad c. qualiter & quando, de accus. Tamen Domini voluerunt, quòd se inscriberet ad pœnam extraordinariam Iudicis arbitrio, iuxta c. super his, eod. tit. & not. Doct. vbi Abb. & Felyn. in c. inquisitionis, in 4. col. vers. & si dicatur, eod. tit. licèt Alex. in l. si cui, in secunda add. ad Bart. ff. de accusat. teneat indistinctè non habere locum inscriptionem, quando agitur ciuiliter, sed debet intelligi vt supra, & tantò magis, quia si in litteris expressisset vacationem per simoniam, Papa non dedisset, nec vnquam consueuit dare, nisi præcedente inscriptione, & in forma iuris, vt in vna Conuersan.* coram D. Ludouico tentum fuit.

Cui meminit Gomes. super reg. de annali q. 42. & in Curia quotidie seruari, quod impetrati per priuatione signatura nō dat, quoad priuationem, nisi ita se inscribat, post Præpos. testatur Gig. de cri. læs. maiest. lib. 2. q. 1. in fine, & de materia Clar. in pract. crimin. q. 14. ver. cæterum. Duen reg. 27.

EPITOME.

Simonia conuentionalis in vno beneficio, facit committentem inhabilem ad alia.

SVMMARIVM.

1 *Simonia etiam per pactum committitur.*

2 *Simoniacus indistinctè reputatur inhabilis ad alia beneficia.*

DECISIO III. aliàs 165.

SImoniam * conuentionalem committenti in vno beneficio, si fiat collatio de altero, fuit dubitatum in vna Regien. Canonicatus, & præbendæ, coram me, An talis veniret priuandus, ex quo alius expressè impetrauerat à Papa, quòd in euentum, quòd per talem simoniam veniret ille priuandus, ego in forma iuris priuarem, & alteri impetranti conferrem.

* Facit Put. dec. 80. li. 2. Caputaq. d. 238. li. 3. impress.

rem. Et dubium faciebat, ex quo non erat realis simonia, vt videbatur debere requiri, ad c. ex tuæ, de simon. cum simil. Et quia etiam extrauagans Pauli est interpretata, vt procedat in reali tantùm. Tamen, quia
1 etiam per pactum † simonia committitur, ad c. ex parte, de off. deleg. & c. nobis, de simon. Et quia Doct. indistinctè, & simpliciter dicunt simonia-
2 cum † inhabilem ad alia obtinenda, & requiri dispensationem, ad not. per Mil. in ver. simoniacè receptus. & Io. Andr. & Anchar. in c. penult. de elect. & Abb. & alios in c. de simoniacè, de simon. Maior pars Dominorum fuit pro annullatione dictæ collationis tali simoniacè factæ.

EPITOME.

Resignatarius secundus, cui per primum resignantem simoniacum resignitur secundo loco beneficium, præfertur primo resignatario, etiam ignoranti simoniam.

SVMMARIVM.

1 *Resignatario etiam non delinquenti, quando ius non acquiratur.*
2 *Simoniaca resignatio non abdicat ius à resignante.*
3 *Resignantis ius vt amittatur, debet admitti resignatio per Superiorem.*
4 *Resignatarius ignorans simoniam non potest cum bona conscientia tenere beneficium.*

DECISIO IV. aliàs 231.

Simonia commissa, etiam per tertium, ignorante resignatario, (vt in vna Placentina Canonicatus, & Cremonen. Archidiaconatus, coram me, vbi vigore quorundam pactorũ, cum interuentũ etiam pecuniarum, frater procurauit alteri fratri fieri resignationem,) secundùm Dominos,
1 est ipso iure nulla, ita vt resignatario * † ius non acquiratur, licèt nullum delictum commiserit, & secundus resignatarius, cui postea per simoniacum resignantem est resignatum, præferatur, ad not. per Abb. in c. penul. in 1. not. de elect. per Præposit. Alex. in c. ordinationes, col. pen. cum seq. 1. q. 1. Et non sine ratione secundùm eundem Præposit. scilicet, quia per
2 simoniacam † resignationẽ non abdicatur ius ab ipso resignante, ad decis. Rot. 235. al. 7. de renunc. in antiq. Innoc. & Doct. in c. cum vniuersorum, de rer. permut. & glo. & Doct. in c. super hoc de renunc. ex quo vltra re-
3 signationem, ad hoc, vt quis † amittat ius, requiritur vt admittatur per Superiorem, ad not. in c. admonet, & in c. quod in dubijs, de renunc. & ideo, cùm Superior admittens nesciuerit de simonia, nec admisisset, si sciuisset, reperitur resignatio non admissa: Et licèt in contrarium allegarentur multa iura, vt tex. in c. de regularibus, & in c. ex insinuatione, & in c.
4 nobis, de simonia. in quibus dicitur talem resignatarium † ignorantem simoniam, non posse cum bona conscientia tenere beneficium, sed teneri illud in manibus Superioris resignare, ergo præsumitur ipsum resignatarium habere ius, cùm priuatio præsupponat habitum, tamen responsum fuit debere intelligi, in quantum de facto tenet beneficium, arg. tex. in c. litte-

* De hoc est tex. clarus in c. nobis de simon.

litteras, de conceſſ. præbend. quia licèt non ſit in crimine aliquo, tamen, quia verè titulum non habet, tenetur beneficium dimittere, vt in ſimili dicit Abb. in c. illud, verſ. item nota, de iure patr.

EPITOME.

Præſentatio ab vno ex patronis laicis facta ſub conditione, vt præſentatus aliquid ſoluat, vel eroget, etiam in vtilitatem Eccleſiæ, eſt Simoniaca, & nocet aliis patronis ſimpliciter præſentantibus.

DECISIO V. aliàs 46. lib. 2.

PRæſentatio, (maximè quæ fit vigore iuris patronatus laicorum) licèt poſſit forſan fieri ſub conditione, licèt ſecus in electione, ad not. per Gemin. in c. 2. verſ. oppono ſecundò, de electiòn. in 6. ſi tamen patronus, etiam laicus, præſentet aliquem cum hoc, quòd aliquid ſoluat, vel eroget, etiam in fauorem Eccleſiæ,* talis præſentatio, vt ſimoniaca non valebit, ſecundùm Dominos in vna Meſſanen. capellaniæ coram D. Aquenſi, ad c. ex multis, 1. q. 3. & ibi per Præpoſ. & Turr. Cremat. & per Abb. & Felyn. in c. cum M. de conſtit. Imò, & ſecundùm eoſdem in eadem cauſa, etiam quòd plures alij patroni ſimpliciter eundem, & non ſimoniacè præſentauerint, tota tamen ratione illius ſimoniacæ præſentationis, vitiabitur præſentatio, ad tex. in c. nobis, & ibi per Abb. in 2. not. de ſimon. & Roch. de Curt. in ver. & vtile, in 3. q. in tract. de iur. patr. facit in ſimili gloſ. pen. & vlt. in c. cum ſuper, de conſeſſ. & Abb. in c. Matthæus, de ſimon. verſ. ſecundò collige, & Rom. conſ. 317.

* Contra videtur ſentire Dec. conſ. 118. vide Lãbertin. de iu. patr. lib. 2. part 2. art. 3. 9. q. princ.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

EPITOME.

Cautione de demoliendo, etiam poſt tres menſes oblata, non obſt. nunc. nou. op. non impeditur operis conſtructio, & ſi conſtruatur eccleſia, decernitur quòd durante lite, non conſecretur.

SVMMARIVM.

1 *Noui operis nunciatio non impedit conſtructionem operis capti data cautione de demoliendo.*

2 *Eccleſia in alterius præiudicium ædificari non poteſt.*

DECISIO I. aliàs 20. lib. 2.

1 CAutio de demoliendo, ex † qua poteſt quis inceptum opus proſequi, ad l. non ſolùm, §. ſciendum, & l. prætor ait, §. ſi quis paratus, ff. de nou. op. nunc. non obſtante nunciatione noui operis, ſi poſt tres menſes offeratur, non impeditur operis conſtructio, ſecundùm Dominos in vna Ariminenſi coram D. Neocaſtren. etiam quòd incontinenti nunciãs probare ſe offerat ius ædificandi nunciato non competere, ad c. vlt. cum ibi
2 not. de nou. op. nunc. Si tamen ageretur de eccleſia ædificanda, quæ † in præiu-

præiudicium alterius ædificari non potest, ad c. 1. eod. tit. Domini, in vna alia, coram D. Raynaldo, tenuerunt, vltra dictam cautionem de demoliendo, dari licentiam ædificandi cum decreto, quòd lite durante ecclesia non consecretur ne rei sacræ demolitio, quæ difficiliùs permittitur, videatur permitti.

DE PRIVILEGIIS.

EPITOME.

Facultas Nuncij conferendi beneficia quæcunque, & qualiacunque, comprehendit dignitates.

SVMMARIVM.

1 *Facultas Nuncij, vel Legati derogans facultati Ordinarij dicitur odiosa.*
2 *Verba, quæcunque, & qualiacunque, An maiora expressis, & quæ comprehendant. & alijs seqq.*
3 *Dictio, alia, est repetitiua similium, & An comprehendit maiora.*
4 *Hospitale non venit appellatione beneficiorum, fallit, vt hic.*
5 *Dispensatio quàmuis sit strictissimi iuris, tamen in ea veniunt beneficia propter verbum quæcunque.*
6 *Gratia tertio directa dicitur fauorabilis, & comprehendit maiora expressis.*

DECISIO I. aliàs 32.

* Huius decis. meminit Gomes. super reg. de triennal. q. 2. quem etiam vide super reg. de annali q. 19.

AN facultas Nuncij conferendi beneficia, comprehendat dignitates, maximè in vna causa Barchinonensi Præceptoriæ coram D. Paulo, vbi erant etiam hæc verba. (Et alia quæcunque, & qualiacunque.) Et
1 mihi videbatur, quòd non. Quia prædicta facultas, † cùm deroget potestati Ordinarij, videtur odiosa, ad not. per glo. Imol. & Petr. de Anchar. in c. 2. de off. ordin. in 6. Abb. in c. si quis contra, 2. not. de foro compet. Ideo non veniebat dignitas, ad c. fin. de præbēd. & c. cum in illis, eod. tit. in 6. & Mil. in repert. in ver. beneficia. Et ita per hanc rationem clarè Socin. in
2 cons. 260. vol. 2. Nec obstabit verbum (quæcunque) † quia propter dictionem (alia) quę est repetitiua similium, non debet operari, vt veniant maiora, ad cons. Oldrad. 8. quidam, quod sequitur Ant. de Butr. in c. dilecti, de donat. quòd testator qui reliquit, quòd soluatur debitum certis creditoribus illius Ciuitatis, & alijs quibuscunque intelligitur, scilicet eiusdem Ciuitatis. Idem Rom. in cons. 42. de statuto prohibente contra instrumentum guarentigiatum opponi doli exceptionem, & aliam quam-
3 cunque, quòd intelligitur scilicet similem. Et quòd clausula, † & alio quocunque modo, non comprehendat maiora, tenet Gemin. in c. cum in illis, §. primo, de præbend. in 6. Et licet aliquæ glossæ sint in contrarium, tamen in ista secunda opinione videtur residere Ias. in l. quicunque, C. qui admitti. In contrariam tamen partem fuerunt omnes, moti aliqui propter verbum, quæcunque, ad l. balista, ad Trebell. quia facit venire maiora non obstante verbo, alia, ad not. per Aret. in d. l. quicunque, per illum

lum tex. & glo. iuncto tex. in c. si tibi absenti, in verf. quicunque alius, de
4 præbend. in 6. & in l. si fugitiui, de seru. fugit. Nam & hospitale, † quod appellatione beneficiorum non videtur venire,* ad clem. per litteras, de præbend. propter verbum (quæcunque) venit, ad not. per Felyn. in c. de
5 quarta, in fin. 4. col. de præscript. sicut & in dispensatione † quæ est strictissimi iuris, ad c. per venerabilem, qui fil. sint legitimi, & c. quod dilecto, de consanguin. & affinit. & in qua nunquam veniunt illa, quæ in materia stricta venire non solent, ad not. per Anton. de Butr. in c. vlt. de præbend. Philipp. in c. gratia, de rescript. in 6. tamen propter verbum (quæcunque) beneficia veniunt, ad decis. 408. al. 3. de off. ordin. in antiq. & decis. 136. al. 2. de fil. presbyt. in nou. & quia, secundùm vnum ex Dominis, hic sunt duplicata verba geminata scilicet quæcunque, & qualiacunque, quod secundum videtur referri ad qualitates, vt cuiusque qualitatis sint, & sic etiam dignitates comprehendantur, quod etiam me mouit in hanc partem. Aliqui etiam moti fuerunt, quòd ex eo, quia illa gratia Nuncij,
6 idest facultas conferendi, dirigebatur in † tertium, idest in fauorē eorum, in quibus debebat fieri collatio, dicatur fauorabilis, ita vt comprehendat maiora beneficia, ad not. per Io. Andr. in c. vlt. & ibi per alios communiter, de verb. signif. in 6.

* Vide Mohed d. 18. de caus. poss. & prop.

EPITOME.

Reseruatio concessa in Germania, etiam in mensibus Ordinariorum, cum derogatione alternatiuæ, non derogat concordatis.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio generalis non comprehendit concessa in vim contractus.*

DECISIO II. aliàs 55.

Reseruatio, licèt concedatur Alemano in Alemania, etiam in mensibus Ordinarijs collatoribus concessis, etiam si deroget alternatiuis, non videtur derogare concordatis,* quia sunt in vim pacti, ad not. in c. ex multiplici, de decim. Et quia concordata sunt inita cum natione Germanica, & sic cum vniuersitate, ideo eis nunquam intelligitur derogatū, ad consil. Roman. 436. Et ita in vna Monasterien. Canonicatus, & præbendæ fuit decisum coram D. Pisaurensi.

* Facit dec. 5. infra eod. tit. Put. dec. 47. lib. 1. Io. Paul. dec. 85 & 109. Mohed. d. 23. in fi. de præben.

EPITOME.

Indulta Cardinalium capiunt vacantia per obitum aliorum Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales sunt familiares Papæ, sed non commensales.*
2 *Cardinales non veniunt appellatione officialiū, nec in generali dispositione.*
3 *Indultum in praiudicium concedentis est latè intelligendum.*
4 *Ordinarius potest conferre omnium beneficia, etiam Cardinalium, nisi*

per

per regulas impediatur.

5 *Extrauagans. Ad regimen, erat temporalis ad vitam Benedicti.*

6 *Materia dicitur fauorabilis, cùm res redit ad pristinam naturam.*

DECISIO III. aliàs 83.

AN indultum Cardinalis Ordinarij, quòd non obstantibus regulis inducentibus reseruationes possit conferre beneficia, etiam Notariorum, Scriptorum, Accolitorum, Capellanorum, & aliorum Officialium, præterquam familiarium continuorum commensalium Papæ, comprehendat, vt possit conferre beneficia vacantia, per obitum alterius Cardinalis, Dic, quòd sic: quia Cardinales, 1 ✝ licèt sint familiares Papæ ad consil. Oldrad. 48. non tamen sunt continui commensales, * ad not. in c. vlt. de verb. signif. in 6. vt patet ad sensum, & not. Petr. de Anchar. consil. 398. incip. præmitto pro clariori, & tanquam diuersas personas ponit Papa in extrauag. ad regimen, vbi post reseruationem beneficiorum familiarium, reseruat etiam beneficia Cardinalium, & sic non comprehenduntur in exceptione indulti. Et licèt possit dubitari, quòd non veniant ex eo, quia in indulto fiebat mentio de pluribus Officialibus, & non de Cardinalibus, 2 ✝ quia sunt maiores, & ideo speciali nota digni, ad not. per omnes in c. sedes, de rescript. de quo specialiùs per Felyn. in c. ad aures, vers. sexta conclusio, eod. tit. Tamen in fauorabilibus comm. est opinio, quòd comprehendantur etiam in præiudicium concedentis; 3 ✝ est enim indultum in cõcedentis præiudicium latè intelligendum, vt in proposito per Felyn. allegantem concordantia in c. causam quæ, col. 2. vers. similiter Domini de Rota, de rescrip. Vltra tamen ista, quia de iure communi Ordinarius 4 ✝ potest conferre beneficia omnium, & quorumcunque, & non impeditur conferre beneficia Cardinalium, nisi per regulas, quia 5 ✝ extrauagans, Ad regimen, erat temporalis ad vitam Benedicti, cùm in indulto Papa velit Cardinalem posse conferre regulis non obstantibus, remouet obstacula, & ideo iure primæuo, poterit etiam aliorum Cardinalium beneficia conferre, & cùm per indultum tollantur obstacula, & res redeat ad pristinam naturam, materia 6 ✝ dicitur fauorabilis, ad c. statutum, cum glo. de præbend. in 6. Et in terminis per Felyn. in d. c. causam quæ, col. 8. in prima declaratione, vers. limita hæc, in fine. Et in hoc fuit maior pars Dominorum in vna Valentina Archidiaconatus coram D. Ludouico.

* Vide Gomes. qui huius decis. meminit super reg. de impetrand. benef. vacant. per obit. famil. Card. q. 13.

EPITOME.

Priuilegium Communitati concessum, quòd beneficia non possint conferri nisi Ciuibus originarijs loci, cum decreto irritanti, receptum præsumitur, nec per non vsum illi censetur renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum scienti, & patienti censetur à principio receptum, & ligat.*

Priui-

2 *Priuilegia dicenti non esse in vsu, incumbit onus probandi.*
3 *Priuilegio concesso cum decreto irritanti, renunciari non potest.*
4 *Priuilegium concessum cum decreto, An per contrauentionem amittatur, & quid in patiente contrafieri.*
5 *Præscriptio contra Communitatem requirit spatium 40. annorum.*
6 *Possessio requiritur in præscriptione, nec acquiritur ex actu nullo.*
7 *Decretum afficit etiam possess.*

DECISIO IV. aliàs 79.

EST priuilegium concessum Communitati Fauentinæ, quòd beneficia conferri non possint, nisi Ciuibus originarijs eiusdem Ciuitatis, & comitatus, cum decreto irritanti, (& hoc in vna causa Fauent. Parochialis sancti Eustachij coram me; in qua Vincentius Ronchus Bononiensis produxerat prouisionem à Legato obtentam, fuit eidem datum de dictis priuilegijs, attento quòd non erat Ciuis Fauentinus, replicabat ipse, quòd priuilegium non erat in vsu, & per plures testes conabatur hoc probare, qui asserebant plures collationes factas forensibus ab Ordinario, & Legato, habuisse effectum, & de illis in dicta Ciuitate Fauent. esse publicam vocem, & famam, & sic sciente, & patiente Communitate, & hoc à quindecim annis citra.) Dubitatum fuit de pluribus. Primò, An quia dicta priuilegia concessa fuerunt Communitati scienti, & patienti, esset aliàs necesse probare esse vsu à principio recepta. Secundò, An casu quo valeant, statim possit eis Communitas renunciare, adeò vt, cùm sciens tacuerit, & non reclamauerit, videatur tacitè renunciasse. Tertiò, An per dictum tempus priuilegia essent præscripta. Circa primum, non videtur
1 difficultas, quia, Aut tenemus, quòd priuilegium † statim liget etiam ignorantes, ad not. per Bart. & Doct. in l.omnes populi, de iust. & iur. & per Innoc. Archid. & Hostien. in c.1. vers. ex parte, de concess. præben. in 6. Aut quòd requiratur scientia, vt videtur probari in d. vers. ex parte, & per Cardin. in procem. clem. in vers. vniuersitatis. Aut quod distinguamus, vt per Dec. in c.2. de constit. in fin. statim, ex quo Communitati scienti fuit concessum, à principio valuit, & conditio tacita priuilegij, quatenus vti velit ille cui conceditur, est adimpleta, quia apparet, ex quo ipsa petijt,
2 quòd vti vult. Vnde Domini voluerunt, quòd aduersario † dicenti, quòd priuilegia non erant in vsu, incumberet onus probandi.* In secunda ve-
3 rò difficultate, si tenemus, quòd ex quo in priuilegijs † erat decretũ irritans, non possit eis etiam expressè renunciari, ad c. dilecto, ver. nisi fortè, iuncta glo. & ibi not. Abb. de præbend. & per glo. & Doct. in c. statutum, in princ. vers. committatur, de rescript. in 6. & Ias. in l. ius publicum, in fin. ff. de pact. & res tunc esset sine dubio, quia, si non posset expressè renunciari, multò minus tacitè per contrauentionem, vt videtur decis. 293. al. 3. de priuileg. in antiq. Si verò tenemus, quòd priuilegio concesso ad fauorem alicuius, etiam cum decreto, possit renunciari, quod magis videtur iuridicum, ad not. per Anchar. in d.c. statutum, in fi. & per Abb. in c. vlt.

* Idẽ in statuto. Dec. consf. 534. n. 9 cum alleg. à Mascard. concl. 1332. num. 3.

c.vlt.§.his autem, in 2.not.de off.deleg. & plenè per Dec. in c.cum accessissent, in 4.col.de constit. & in c.cæterum, ante fin.4.col.de rescrip. (nam sicut quis potest priuilegio renunciare, ita & decreto, vt accessorio, ad not. per Aret.in l.ex duobus, §.etiam, col.2. vers. Bald. tamen de vulg. & pupill. & specialiùs per Card. in clem.1.q.18.de elect. & Rom. cons.330. col.6. & secundùm hoc videtur, quòd si expressè possit renunciari, quòd etiam tacitè. Et in hoc, cùm Ciues, quibus fuerunt priuilegia concessa,
4 nihil deberent facere,quia tunc per cōtrauentionem,† etiam in vno actu, forsan priuilegium amitteretur, ad not. per glo. in d. c. cum accessissent, in verbo, cōtrauenerint, & in c.pro illorum, de præbend. & decis. nostra 382.al.8.de priuil.in nou. sed Ciues in contrarium nihil fecerūt, sed tantùm passi sunt Ordinarium conferre forensibus, Domini voluerunt,quòd propter decretum irritans nō amittatur priuilegium, ad not.per Archid. Io.Andr.& Gemin.in c.cum de beneficio, de præbend. in 6. & Felyn. in d. c.cùm accessissent, col.14.vers.4.limita. Non obstante cons.Abb.61.in fi. lib.2. quia non erat ibi decretum, nec sola patientia, sed contrauentio. Circa tertium dubium,* licet videatur inducta contraria consuetudo per decennium, ex quo illo tempore priuilegia non fuerūt seruata, ad not. per Cyn.in l.voluntariè, C. de excus.tut. & per Bart. in l.vnica, per illum tex. C.de nundin. Tamen Domini voluerunt quòd nō sumus in præscriptione,

* Vide Balb. de præscrip. 5.par.4.par. princip.q 4.

5 † quia contra Communitatem requiritur tempus 40. annorum, ad not. in l.vlt. & auth. quas actiones, C.de sacrosf.eccl. Imò, ex quo in præscrip-
6 tione † requiritur possessio, vt in reg. sine possessione, lib.6. & quod ex ea dicit Abb. in c.querelam, in fi.3.col. de elect.quòd propter dictum decretum prouisiones factæ forensibus sint nullæ, & non possit dici, quòd ex actibus nullis Ordinarius sit in quasi possessione cōferendi extraneis con-
7 tra Communitatem, quia † decretum afficit etiam possessionem.

EPITOME.

Priuilegium, etiam in vim contractus concessum, ad tempus suspendi potest.

SVMMARIVM.

1 *Regula reuocatoria priuilegiorum non comprehendit concessa ex causa onerosa.*

2 *Fallit si sit modicum præiudicium, vt quia suspendantur ad modicum tempus.*

DECISIO V. aliàs 21.

Expectans nominatus à milite sancti Petri volebat alteri præferri ratione priuilegiorum concessorum dictis militibus: Opponebatur de suspensione facta per Papam, quæ suspendebat omnia priuilegia concessa quibuscunque Collegijs ad biennium. Replicabatur, quòd non compre-
1 hendebantur † priuilegia militum concessa in vim contractus, & ex causa onerosa. Card.consil.147. Felyn. in c.cum olim, in princ. col.3. de re iud. & in

& in c.1. de probat. & allegabant quandam declarationem Clem. Papæ VII. in qua declarauit, quòd, licèt Adrianus prædecessor reuocauerit omnes gratias, quæ permittebant laicis habere pensiones Ecclesiasticas, non comprehenderet milites prædictos, attento quòd id eis erat concessum ex causa onerosa, & in vim contractus. Quo non obstante, quia præiudicium † erat modicum, maior pars Dominorum fuit vt comprehenderentur, ad cons. Rom. 436. Alex. 216. nec arguendi, col. 4. & 5. lib. 2.

EPITOME.

Nominatus à militibus S. Petri, iuxtà eorum priuilegia, præfertur antiquo familiari Papæ non descripto.

DECISIO VI. aliàs 93.

Visis priuilegijs concessis militibus sancti Petri. Domini tenuerunt, in vna Gebennen. coram D. Piccolomineo, quòd nominatus ab eis præferatur antiquo familiari Papæ non descripto.

EPITOME.

Priuilegium habens, quòd præferatur quibuscunque habentibus priuilegia descriptorum, præfertur etiam nominato à militibus S. Petri.

DECISIO VII. aliàs 114.

IN illa causa Gebennen. de qua supra proxima decis. fuit contra nominatum à milite producta vna regula, quæ omnibus familiaribus suæ Sanctitatis concedebat priuilegia descriptorum, declarans eos, quibuscunque per priuilegium descriptis, velle anteferri, ex qua Domini fuerunt pro familiari, non obstante, quòd viderentur priuilegia militum, vti concessa in vim pacti, & ex causa onerosa, non debere comprehendi, quia responsum fuit vt supra decis. 5. eod. tit. per cons. Alex. 316. vol. 2.

EPITOME.

Nuncius habens facultatem conferendi beneficia, conferre potest etiam vacantia in mensibus Ordinarij, non obstante regula de octo mensibus.

DECISIO VIII. aliàs 160.

FAcultas Nuncij conferendi beneficia, comprehendit etiam vacantia in mensibus Ordinarij, non obstante regula, quæ, dando octo menses expectantibus, disponit, quòd in cæteris quatuor, Ordinarij liberè conferre valeant, secundùm Dominos in vna Compostellana coram D. Io. Clerici. Quia, cùm in illis Papa prouidere possit, & cum Ordinario concurrere, idem, & in Nuncio, qui auctoritate Papæ potestatem habet conferendi, arg. c. si Apostolicæ, de præbend. in 6. & arg. illo, quia omnia nostra facimus, quibus nostram auctoritatem impartimur, & arg. l. solet, cum simil. de iurisd. omn. iud. & quia regula voluit tantùm in illis qua-

quor mensibus tollere impedimentum expectantium, nisi in regula reuocarentur omnes facultates, & indulta conferendi.

EPITOME.

Nominatus à milite S. Petri gaudet priuilegijs ei concessis, etiam mortuo milite nominante ante datam litterarum.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus à priuilegiato perinde est ac si illi esset priuilegium concessum.*
2 *Qualitas requiritur tempore datæ, & vacationis. Sed vide num. 5.*
Verba in omnibus, & per omnia, & perinde, quid importent. n. 6. & 9.
3 *Priuilegium cessat cessante causa priuilegij, & num. 9.*
4 *Priuilegium concessum habita ratione ad aliud, cessante illo quando cesset, & num. 8.*
5 *Priuilegium concessum filijs propter patrem, cessat per mortem patris.*
6 *Iure datoris resoluto, non resoluitur ius acceptantis, quando interuenit voluntas principalis domini.*
7 *Regula, nemo plus iuris, limitatur.*
Canonicus quòd possit testari de fructibus vnius anni post eius mortem, An valeat consuetudo remiss.
8 *Cessante causa, quando non cesset effectus. & num. 9.*
9 *Subrogatum sapere naturam subrogati, quomodo intelligatur.*
10 *Verba, loco sui, quid importent.*

DECISIO IX. alias 184.

1 NOminatus † à milite, habens expectatiuam, cui conceduntur priuilegia antelationum, & prærogatiuæ militū in omnibus, & per omnia, perinde ac si actu ipsi concessa fuissent. Dubitatum fuit coram D. Piccolomineo in vna Cæsaraugustana canonicatus, & præbendæ, An gaudeat
2 illis, etiam mortuo milite nominãte, attento quòd, cùm qualitas † vtroque tempore requiratur, scilicet tàm tempore datæ litterarum, quàm vacationis beneficij, vt Rota tenet, per not. per Bald. in c. constitutus, de rescript. & cons. 491. vol. 1. ad not. in l. in delictis, §. si extraneus, de noxal. videbatur requiri nominantem viuere, etiam tempore vacationis, maximè, quia nominatus in eius locum subrogatus, ipsius naturam sapere debebat, ad l. si eum, §. iniuriarum, si quis caut. facit reg. nemo
3 plus iuris, cum vulg. Et quia cessante priuilegij † causa cessare videtur priuilegium. ad l. Titia Seio, §. vsuras, & ibi per Bart. de leg. 2. ad c. sug-
4 gestum, & c. nuper, de decim. Vnde, quando priuilegium † est vni concessum habita relatione ad aliud, si est per modum causæ essendi, cessante primo cessat & reliquum, ad not. per Bald. in l. omnia, in fin. C. de Episc. & Cler. vt in casu nostro, quia calor, & fauor militis videbatur esse causa quare priuilegiū tali nominato concedebatur. Ideo videmus, quòd
5 quando pater est priuilegij fundamentum, priuilegium concessum filijs † propter

propter patrem, ipso mortuo, expirat, ad not. per Bart. in l. 1. in fin. C. de Episc. & Cler. Quibus tamen non obstantibus, Domini fuerunt pro nominato. Primò, quia, cum ei dentur talia priuilegia, verum est dicere qualitatem vtroque tempore adesse, cùm ipse sit semper nominatus. Secundò, quia dictum priuilegium dicit in omnibus, & per omnia, quod idem est, ac si ipsi concessum fuisset, ad not. per Bart. in l. si maritus, §. lege Iulia, de adult. Ang. in l. 2. §. furiosus, de iur. codicill. Alex. Ias. & omnes in l. 1. de leg. 1. quo casu, si ipsi concessa fuissent, omninò durarent. Tertiò,
6 quia resoluto ✝ iure datoris, vt in casu nostro, militis, non resoluitur ius acceptantis, puta nominati, quando interuenit voluntas principalis Domini, vt Papæ, in priuilegio militum, ad notab. cons. Bald. 333. vol. 5. & ad not. per eundem in auth. si quas ruinas, in 3. col. C. de sacros. eccl. & Alex. in addit. ad Bart. in l. ex vectigali, de pignor. faciunt not. per Salyc. in l.
7 grege, §. cum pignore, eod. tit. Et per hoc respondetur ad regulã, ✝ Nemo plus iuris, quia hoc benè Superior facere potest, vt declarat ibi Io. Andr. in q. An valeat consuetudo, quòd Canonicus testari possit de fructibus vnius anni post eius mortem proximè sequentis. Quartò, quia
8 quando causa * ✝ priuilegij est momentanea, vt in casu nostro supranominato, tunc regula c. cum cessante, de appell. locum non habet, vt latè declarat Ias. in l. sciendum, §. primo, qui satisd. cog. pro quo facit reg. c. decet, & ibi per Io. Andr. de reg. iur. in 6. quia videtur se habere per modum causæ fiendi, & non essendi, & ita respondetur ad not. per Bald. in
9 d. l. omnia, vt ibi per eum. Quintò, quia quando remanent ✝ reliquiæ priuilegij, vt in casu nostro, remanet etiam expectatiua iam concessa vigore nominationis, & tunc cessante causa non cessat priuilegium, ad not. per Ias. post Ang. Io. Andr. & alios ibi per eum adductos in d. l. sciendum, §. primo, & per ista satis ad contraria responsum videtur. Nec obstat de subrogato debente habere naturam eius in cuius locum &c. Quia hoc non negatur, sed ex quo in priuilegio dicitur, quòd miles loco sui possit
10 nominare, &c. propter illa verba ✝ loco sui, videtur totum ius transferri in nominatum, non considerata ampliùs persona nominantis, ad not. per Alex. & alios in l. qui quadraginta, ad fin. ad Trebell. & l. in prouinciali, §. si ego, de nou. op. nunc. iunctis not. per Bart. in l. facta, §. si hæres, ad Trebell. & Io. Andr. & alios in c. fin. de alien. iud. mut. caus. fact. Vnde est, ac si nominatus miles esset effectus, consideratur enim tantùm nominatio pro causa, quam sufficit semel adesse, ad not. vt supra dixi, per Bald. in d. l. omnia, cum ibi adductis per Paul. de Castr. & in l. omnes, eod. tit. & in l. quicquid, C. de aduoc. diu. iud. & in l. non plures, C. de sacros. eccl. & vbique per Andr. Barbat. in addit. Eo maximè, quia in materia nostra omnia cessare videntur propter illa verba priuilegij, perinde ac si &c. & ad supradicta vide Dec. in l. in omnibus causis, col. pen. vers. & quod dictum est per Doct. de reg. iuris.

* An & quãdo cessante causa priuilegij cesset priuilegiũ, vide Tiraq. ĩ trac. cess. caus. in 1. par. à num. 203. vsque ad n. 214.

EPITOME.

Auditor tempore vacationis beneficij, habens expectatiuam ante Auditoriatum concessam, gaudet priuilegijs antelationis Auditoribus concessis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, eis, denotat qualitatem, & substantiam.*
3 *Qualitas iuncta verbo regulatur secundùm tempus verbi.*
4 *Qualitas determinans verbum, per quod significatur tempus à quo dispositio sumit effectum requiritur tempore effectus, non dispositionis.*
5 *Expectatiua dicitur conditionalis gratia.*
6 *Qualitas tempore impleta conditionis sufficit in conditionibus.*
7 *Qualibet res secundùm effectum, ad quem fit, considerari debet.*
8 *Qualitas requisita ad aliquem effectum consideratur quando de illo effectu tractatur.*
9 *Tempus vacationis beneficij, vel datæ, quando attendatur.*

DECISIO X. aliàs 170.

* Facit d. 11. sub de con cess. præben.

1 AVditor Rotæ tempore vacationis beneficij habens gratiam expectatiuã sibi concessam ante Auditoratum, † fuit pluriès in Rota dubitatum, An gauderet priuilegijs antelationis, ipsis Auditoribus concessis, & specialiter in vna causa Clusina beneficij, coram D. Pisaurensi, & licèt per antiquiores Dominos dictum fuerit Rotã aliàs sæpe tenuisse, & iudicasse requiri quem esse Auditorem, etiam tempore datæ gratiæ expectatiuæ, per c.constitutus, de rescript. & per c.tibi qui, & c. duobus, & c. si eo tempore, eod.tit.lib.6. & quia priuilegium dicit in assecution. beneficiorum, vigore gratiarum expectatiuarum eis cõcessarum, quod verbum,
1 † eis, denotat qualitatem, & substantiam, ad not.in l. in delictis, §. si extraneus,de nox. videtur quòd importet quòd quis tempore gratiæ sit Auditor, cùm intelligi debeat, eis, scilicet Auditoribus, & de hoc videtur consil.Bald.491. Petrus de Sessa.lib.1. Tamen, ne forsan mutaretur, quod per tot eruditissimos fuerat tentum: dictum fuit quòd materia concordaretur. Nos enim iuniores, & forsan maior pars fuissemus in contrario
2 voto, scilicet, quòd sufficeret † quem tempore vacationis beneficij fore Auditorem. Primò, quia cum regula cõsideret prærogatiuas in assequendis beneficijs vigore gratiarum expectatiuarum, non in assequendis expectatiuis, dum dicit, in assecutione quorumcunque beneficiorum,& cæt. sufficit, quòd tempore vacationis beneficij, & sic eius assecutionis, adsit
3 talis qualitas requisita, secundùm vulgat. regul. quòd qualitas † iuncta verbo regulatur secundùm tempus verbi, ad d. §. si extraneus, & l. cum qui, §. prætor ait, iuncto §. fin. de public. in rem act. Secundò, quia quali-
4 tas † determinans verbum, per quod significatur tempus à quo dispositio sumit effectum, non requiritur tempore dispositionis, sed tempore effectus. & eo solo casu requiritur ab initio tempore dispositionis, quando deter-

determinat verbum per quod significatur tempus disponendi, vt per Bart. in l. ex facto, in 1.col.in fi. de vulg. sed qualitates in regula prærogatiuantes determinant prælationem in assecutione, & sic significant tempus effectus expectatiuarum, non tempus dispositionis, & sic datæ, ergo &c.
5 Tertiò, quia expectatiua † potest dici conditionalis gratia, arg.l.3.ff.qui
6 & a quibus, & l. cum ita, de opt.leg.& in conditionibus † sufficit qualitas tempore impletæ conditionis, l. eum qui post, de condit. & demonstr. l.
7 non oportet, de leg.2. Quartò, quia quælibet res † secundùm effectum ad quem fit considerari debet, ad c. cum dilecti, de ord.cognit. Papa autem, qui dat prærogatiuas, hoc facit, vt magis digni præferantur in habendis beneficijs, ergo tempus assecutionis ipsorum beneficiorum attendi de-
8 bet, vt menti, & rationi satisfiat Papæ. Facit quia qualitas † requisita ad aliquem effectum, consideratur tempore, quo de illo effectu tractatur, ad l. si cognatis, de reb.dub. & l. interuenit, de leg. præstand. & c. ei cui, de præbend. lib.6. & hanc partem videtur tenere glo. d.regul. in fi. 2. & 3. part. referens hoc idem Rotã in pluribus causis tenuisse, & videtur decis. Rotæ 857.al.10. de concess.præbend.incip. Vrbanus Papa, in antiq. Idem in Auditore Rotæ in specie tenet Gemin.cons.113. in princ. per rationes, de quibus per eum. Pro hac etiam parte videtur facere Bald. in c. constitutus, in 4.col. vers. pone Papa, de rescript. nam ibi licet priùs arguat, quòd attendatur tempus datæ, & per hoc responderi possit ad not. per eum d. cons. 491. dum considerat verba illa in data concurrenti &c. Nihilominus ipse videtur residere in contraria opinione, quam ponit in fine illius quæstionis. Et tenendo hanc partem, non obstat d.c.tibi qui, & c. duobus, quia ibi loquitur in prælatione, quæ causatur de iure communi, ex anterioritate datæ, quod nihil facit ad materiam nostram; cum talis anterioritas sine dubio non attendatur, sed prærogatiua personarum concessa per regulam, vel priuilegium, in qua deberet sufficere tempus vacationis beneficij, per supradicta, ad quod facit quod not. Felyn. in c. eam te, col.antepen. vers. fallit primo, de rescript. scilicet quòd quantùm ad
9 personarum † qualitates attendatur tempus vacationis beneficij. Minùs obstat text. in c. si eo tempore, quia ibi defectus qualitatis causabat subreptionem, ita ad illum text. respondet Gemin. in d.cons.113. & in cons. 79.in fin. & Imol. in clem. & si principalis, de rescript. quo casu bene attenditur tempus datæ, vt declarat Abb. in c. dilectus, el 2. in 2. col. de præbend. & Andr.Sicul.in d.c.eam te, col.antepen. vers.circa hunc passum, post Felyn. ibi, & ita posset responderi ad c. constitutus, quia ibi tempus datæ attenditur ratione subreptionis causatæ ex taciturnitate numeri, vt ibi in textu, intelligendum est interuenisse &c. vbi autem non agitur de subreptione, sed de defectu capacitatis impetrantis, vt in casu nostro, attenditur tempus assecutionis beneficij, secundùm Abb. Felyn. & Andr. vbi supra facit decis. 33. de præbend. in antiq. & pro hac etiam opinione faciunt verba regulæ Clementis, quæ dat prærogatiuas Auditoribus præsentibus, & futuris, ratione expectatiuarum concessarum, & concedendarum,

rum, Ergo Auditor futurus habet prærogatiuam, etiam ratione expectatiuæ antea concessæ. Et in hac regula non est verbum, eis. Et sic videtur cessare argumentum antiquorum Dominorum. Cogita.

EPITOME.

Regula reuocans indulta, & facultates conferendi, non reuocat alternatiuas Ordinariorum.

SVMMARIVM.

Alternatiua nihil de nouo indulget, sed tantum tollit obstacula.

DECISIO XI. alias 194.

* Idem Put. dec.215.li.1.

REgula, * quæ reuocat omnia indulta, & facultates conferendi, non reuocat alternatiuas Ordinariorum, ex quo per illas nihil de nouo indulgetur, sed tantùm obstacula tolluntur. Quo stante, Ordinarius iure communi, & Ordinario habet facultatem conferendi, non vigore indulti, ad c.cum aliquibus, cum ibi not. de rescript.in 6. & Petr.de Anchar.cons. 131. [& vide Socin. consil. 260.lib.2.] secundùm Dominos in vna Lunen. Sarzanen. quæ aliàs fuit coram D. Panigarola,& postea coram me iterum posita propter nullitatem sententiæ.

EPITOME.

Priuilegium Cursorum cum decreto irritanti, quò ad citationem coram Commissarijs, intelligitur de procedentibus iudicialiter, non extraiudicialiter.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius ad viden. si in euidentem &c. dicitur extraiudicialiter procedere.*

2 *Verbum extraiudicialiter, & verb. constito, requirunt partis citationem, vnica tamen sufficit.*

DECISIO XII. alias 204.

* Vide Ferret. cons.81. Marsil. in l. vnoquoque n.26. & seq. Bal.l.nō dubiū, n 22 C. de legib. & i l.neque natales,n.1.10 C. de prob.

PRiuilegium Cursorum habens decretum irritans in citationibus per alios, quam per ipsos, factis coram iudicibus commissarijs, habet locum, (vt ex ipsius tenore apparet) quando in causis iudicialiter proceditur. Vnde, secundùm Dominos in vna Romana siue Perusina domus coram D. Piccolomineo, non procedit coram Commissario pronunciante super alienationibus rerum Ecclesiasticarum, quia ei a Papa committitur,
1 quòd † extraiudicialiter de euidenti vtilitate Ecclesiæ se informet, & constito summariè, & extraiudicialiter de ipsa, confirmet alienationē:
2 Et licèt propter illa verba, † extraiudicialiter, non tollatur partis cita-
3 tio,* ad decis.Ægid.672. & maximè propter verbum, † constito, ad glo. in vers. constiterit, in clem. præsenti, de censib. & decis. Ægid.68. Tamen
4 non proceditur iudicialiter, vnde non in quolibet actu, sed vnica † citatio

tatio pro informatione sufficit, ad not. per Abb. & Fely. & Doct. alios in c. ego N. de iureiur.

E P I T O M E.

Alternatiuæ reuocatæ priuilegium non prodest expectanti, licèt talis reuocatio sibi intimata non fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Alternatiua reuocatur per contrauentionem Ordinarij.*
2 *Priuilegij reuocatio debet intimari priuilegiato, non autem tertio, cui per reuocationem fieret præiudicium.*
3 *Priuilegium quando à lege reuocatur ipso iure, reuocatio non intimatur.*
4 *Contrauentio Alternatiua censetur esse nota in partibus, vbi Ordinarius abutendo contrauenit.*
5 *Expectanti est imputandum si de contrauentione ignorantiam prætendat.*
6 *Alternatiua reuocatio tendit ad fauorem expectantium, ideo illis imputandum si contrauentionem ignorent. & num. seq.*

DECISIO XIII. alias 30. lib. 2.

1 PRiuilegium † alternatiuæ, quod reuocatur per contrauentionē Ordinarij, non prodest expectanti, licèt reuocatio talis sibi intimata non fuerit secundùm Dominos in vna Placentina coram D. Petro. reuo-
2 catio † enim priuilegij debet intimari priuilegiato, ad not. per Io. Andr. & Philipp. Franch. in c. fin. de rescript. in 6. Non autem tertio, cui etiam per reuocationem fieret præiudicium, si aliter ille contradicere non po-
3 terat, ad not. per Dec. cons. 169. col. 3. Et quia, quando reuocatio † fit a lege ipso iure, vt in casu superiori, (per contrauentionem enim lex est quæ reuocat, ad c. priuilegium, 10. q. 3. & not. per Doct. in c. cum accessissent, de constit. & non homo) isto casu reuocatio non est intimanda, ad not. per Felyn. in c. ex parte decani, col. 15. vers. fallit vndecimo, de re-
4 script. & tantò magis, quia contrauentio † videtur nota in partibus, vbi
5 Ordinarius abutendo contrauenit, & quod imputandum † sit expectanti, si de ea ignorantiam prætendat, ad clem. 1. §. cæterùm, in fin. de concess.
6 præbend. præsertim quia in fauorem † expectantium tendit alternatiua reuocata, cùm ex hoc octo menses vigore regulæ consequantur, & stante alternatiua sex tantùm alternatim haberent.

E P I T O M E.

Indultum Imperatori concessum, quod in tali ducatu suæ iurisdictionis beneficia non conferantur nisi personis oriundis, gratis, & acceptis eidem, non procedit in loco mixto.

S V M M A R I V M.

Simplex in odiosis non comprehendit mixtum.
1 *Simplex quando est cum vno quòd est diuersa natura, attenditur cui fauet ius commune.*

DECISIO XIV. alias 32. lib. 2.

INdultum Imperatori concessum, quòd in tali Ducatu suæ iurisdictionis beneficia non possint conferri nisi oriundis, & personis gratis, & acceptis eidem, cùm videatur odiosum, & derogans potestati Ordinarij liberè disponendi, ad c. peruenit, 11.q.1. & quia acceptio personarum est
1 à iure prohibita, ad c.sacrorum, 63.dist. non ✝ verificatur, neque locum sibi vendicat in loco limitropho, seù mixto, ad not. per Cald. conf.12 de præb. Gemin. in c. cum in illis, §.vlt.eod.tit. in 6. & Dec.conf.213.col.2. & eius quòd not. Bald. in l.legatis vxori, arg. illius, l. de leg.2. Et quia,
2 quando vnum simplex cum alio est diuersæ naturæ, attenditur ✝ illud cui magis ius commune fauet, ad not. per Bald. in l. si quis decurio, C. de fals. Aret. & Socin. in l.2. de verb.oblig. secundùm Dominos in vna Lugdunen. prioratus coram D. Hieronymo. Hoc tamen fuit incidenter dictum per vnum ex primis responsalibus, alijs tacitè pertranseuntibus, materia non plenè discussa.

EPITOME.

Doctor pauper habens expectatiuam in forma pauperum præfertur pauperi habenti in forma communi.

SVMMARIVM.

1 *Eligens vnam ex duabus vijs sibi competentibus non censetur alteri renunciare.*

2 *Scholaris factus Ciuis non amittit priuilegia scholarium.*

DECISIO XV. alias 119.

DOctor pauper habens expectatiuam in forma pauperum, præfertur pauperi habēti in forma communi, non ratione regulæ priuilegiantis expectantem in forma pauperum, quia loquitur tantum in habitantibus Vrbem, sed quia, cùm dictæ gratiæ videātur pares, ad not. per Abb. in c.postulasti, 3.not. de rescript. & in forma speciali, vt notat Rota decis. 106.al.13.de rescript. in nou. & 463.al.40. de concess. præbend. in antiq. ideo vt Doctor debet præferri virtute alterius regulæ distinguentis, & declarātis, qui expectantes debeant præferri, & etiam de iure communi ad not. per Abb. in c. de multa, in vers. circa sublimes, de præbend. Nec,
1 quia ✝ vt pauper elegit viam pauperis, videtur alteri priuilegio .s. Docto-
2 ris renunciasse, cùm sint compatibilia, vt in quæst. de ✝ scholari, cui est datum priuilegium Ciuium, vt non perdat aliud .s. scholarium, ad tex. & ibi not. Bart. in l.3.§.si emancipatus, cum glo. de bon. poss.contr.tab. per Alex. in l.1. col.4. de leg.1. & ita fuit tentum in vna Hispalen. beneficij de Carmona coram D. Io. Clerici.

EPI-

EPITOME.

Pauperes,& miserabiles personæ non tenentur litigare coram Magno Magistro Melitensi, non obstan. priuilegijs Religioni concessis.

SVMMARIVM.

1 *Pauper vti miserabilis persona non potest trahi extra prouinciam, & gaudet priuilegio, l.vnica, C. quando Imper.int.pup. & vid.*
2 *Priuilegium in corpore iuris clausum nunquam videtur sublatum.*

DECISIO XVI. alias 223.

1 PAuper,† qui dicitur miserabilis persona, ad c.1. de postulan. & ideo trahi extra prouinciam non potest, imò ipse, iurando perhorrescentiam, ad se trahere alios potest, iuxtà dispositionem, l.vnicæ, C. quand. Imp. int. pup. & vid. (nam & pauper gaudet beneficio illius legis, secundùm Abb. in c. significantibus, col.2. in fin. cum seq. de off. deleg. & in c. licèt ex suscepto, col. 3. de for. compet.) probata impotentia eundi ad magnum Magistrum, & ibi litigandi, & causam prosequendi, non potest cogi vigore priuilegiorum dicto magno Magistro, ac Ordini Hierosolymitano concessorum, eundi Melitam, vbi residet magnus Magister, quia, licèt priuilegia sint amplissima, & prægnantissimas habentia clausulas derogatorias, nunquam tamen, secundùm Dominos in vna Pampilonen.
2 Prioratus sancti Crucifixi coram D. Mohedano, videtur † sublatum priuilegium in corpore iuris clausum, ad glo. & Bart. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi oport. & Bald. & Paul. de Castr. in l.2. §.omnes, ff.de iud. & Rom.cons.498.col.4. & Felyn. in c.1.col.9. de rescript. & in c. nonnulli, concl.12. num.26. eod. tit.

EPITOME.

Regula Clem. vII. quòd in ea nominati habeant priuilegia de scriptorũ, operatur, quòd nominatus præferatur scriptori Apostolico.

DECISIO XVII. alias 11. lib. 2.

REgula bo.me. Clem. vII. publicata 10. Nouemb.1526. quæ personis ibi nominatis concedit priuilegia descriptorum, operatur, secundùm Dominos in vna Barchinonen. Canonicatus,& præbendæ coram D. Pisaurensi, quòd nominatus ibi præferatur Scriptori Apostolico. Et licèt ea priuilegia dicant, absque tamen eorundem descriptorum in d. litteris verè,& non per priuilegium, præiudicio, & scriptor verè reperiatur in eisdem litteris descriptus, dum ibi in medio circulus manet, in quo dicitur, [Scriptores Apostolici, &c.] Quia tamen dicta descriptio scriptorum fit ratione priuilegiorum eis concessorum, quæ volunt eos in dictis litteris actualiter debere describi, & dicta regula derogat descriptis per priuilegium etiam verè, & actualiter, ibi dum dicitur, etiam eorum,

& cum

" & cum actuali, inter dictos primos familiares, & in dictis litteris per pri-
" uilegium, descriptione. eoq. magis apparet Papam eisdem scriptoribus voluisse præiudicare, quia cantores in eodem circulo descriptos in d. regula expresse præseruat, vt si vigore dictæ exceptionis in dicto circulo descriptis non derogaretur, cantores præseruare non fuisset necessarium.

Aliam decis. ad hunc tit. facien. habet supra de probat. decis. 16.

DE INIVRIIS.

EPITOME.

Iniuriarum æstimationem probatam per testes, iudex sequi potest, sententiam ferre, etiam sine præuia taxatione.

DECISIO I. alias 183.

* Vide Mascard. concl. 902. & in eadem causa in alio tamen casu vide Mohed. decis. 6. de testib.

INiuriarum æstimatio, ex quo videtur posse probari per testes, ad text. in l. continuus, §. cum ita, & ibi per Bart. & Angel. & Doct. de verb. oblig. si est probata, iudex illam sequi potest, & debet, & sententia isto casu, secundum Dominos in vna Abulen. iniuriarum coram D. Ludouico valet super iniurijs, nulla etiam præuia ipsius iudicis taxatione, ad not. consil. Socin. & ibi alleg. per eum 146. col. fin. vers. secunda difficultas, lib. 1. & videtur de mente Rotæ decis. 1. & fin. de iniur. in nouis.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

EPITOME.

Executor gratiæ Apostolicæ excommunicatus, & irregularis, potest conferre, & procedere.

DECISIO I. alias 82.

* Vide Fely. in c. ad probandum, in prin. de sent. & re iudic. Franc. in c. pia, in princ. n. 6. de excep. in 6 facit Rebuff. in c. postulastis, in princ. n. 69. de cleric. excom. ministr.

NOstra decisio 128. in antiq. alias 9. de senten. excommunicat. quæ vult, quod executor gratiæ Apostolicæ excommunicatus, possit conferre,* & prouidere, ex quo exhibet tantummodo nudum ministerium facti: Domini, ex eadem ratione, voluerunt, quòd procederet in irregulari, in vna Gebennen. coram D. Piccolomineo.

Alias decis. ad hunc tit. spectan. habes sup. de probat. dec. 14. & de procur. d. 12.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Sub hoc tit. cadit decis. 6. de sent. & re iud. supra fol. 124.

Decisionum Rotæ Romanæ R. P. D. Crescentij

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS EPITOMATVM

Decisionum R. P. D. Crescentij.

Con-

Filius

P tia

Nul-

Proui-

Ter-

Indicis Epitomatum Finis.

3